

& Cardin. Alexand. sub num. 41. vers. sui ergo regula fallen. 3. de appell. & rursus Franc. in c. 1. sub n. 7. versiculo 4. limita. de appellat. in 6. ubi de appellatione a sequestro, & de tortura, Scaccia tractatu de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 216. & hinc est quod dicit post 85 alios Cavalca. decis. 33. parte 2. quod appellatio dicitur legitima, quando interponitur ex causa probabili, & verisimili.

15. eodem titulo, ergo a fortiori in iudicibus inferioribus etiam Ecclesiasticis, ad quorum recusatorem examinationem arbitri eliguntur, iuxta textum in cap. cum speciali, in princ. de appellat. c. si quis contra clericum, de foro competenti, cap. suspensionis, de officio delegati, cap. iudex ab Apostolica, eodem tit. in 6. gloss. & DD. communiter, & ea quae late adducunt Cov. practicarum quaestio, cap. 26. Pedemon. in dict. decis. 84. in princ. ideo ab eisdem arbitris, cum sint arbitri juris, licet appellari posse diximus, & probavimus in terminis infra, parte 3. c. 3. a num. 25. versiculo qui autem de arbitris juris, & versiculo quare ab istis arbitris appellari licitum est, ad quem te remitto.

Quod periculum, & praedictum negotii principalis cum omnino cesset in sententia affirmativa, qua interloquitur iudicem legitime recusatam, puto non posse alteram partem ab ea appellare, si unus quippe amoveatur iudex, alius sibi datur, quem si libi suspicatum judicaverit, liberet recusatam; interim tamen cum hac sententia sit merè interlocutoria, non poterit ab ea appellari, nec negata delatione violentia fiet, ex his quae supra dicta sunt cum a ratione cessante, quae interlocutoriam reddit appellabilem; in hoc appellante non militet, regula interlocutoriarum inaherendum est, in cujus opinione justificationem multa poteris in proposito adducere, quae late Lancelot. Robert. de attent. 3. part. 28. n. 43. cum sequentibus. Ab hac tenentia, quia iudex, ut recusat datur, ipsemet vult appellare, si potest aliquod considerabile interesse praetendere, ut eleganter tenet Mandelus de Alba. in consil. 92. in prioribus, num. 4. & sequentibus. Lancelot. ubi supra, num. 54. & per Mandel. Petrus Surd. consil. 271. num. 20. lib. 2. Gratian. in disceptatio foren. tome 1. cap. 100. n. 48. & an, & quando iudex recusat possit ad ulteriora procedere absque reatu attentari, & nullitatis, videndus est Lancelot. ubi proxime, a num. 53.

Insuper pronuntiatio de torquendo reo, est interlocutoria sententia; tum quia per eam non finitur, nec terminatur causa principalis, & quia convenit ceteris cum omnibus qualitatibus interlocutoriae sententiae, & ex verbis apparebit l. 2. ff. de appell. recipien. mox referendis; tum etiam ex his quae dicit, ex pluribus Prosperus Farin. in praxi crim. tome 2. quaest. 38. n. 11. & 16. tamen cum trahat secum damnum irreparabile, per appellationem a definitiva, hoc torquere decretum, sine dubio ab illo appellanti emittum deferendum esse; vimque fieri merito declarantur tribunalia: textus est in l. 2. ff. de appell. recip. ibi: Anne a sententia appellari potest, si quaestio in civili negotio habendus iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges iudex hoc facit) per quem textum sic expressè affirmarunt 99 Bart. Bald. Ang. & Alberi. & communiter Doctores ibi, gloss. ordinaria, ut etiam communiter Doctores in l. penult. in verbo discurrere, vers. sed fallit in casu, Cod. quorum appell. non recipien. gloss. in l. 2. verbo causa, ubi pariter concursus Doctorem, Cod. de Episcop. audien. Guid. de Suzar. in tractatu de iudiciis & tortura, n. 23. in medio, Carenius in praxi crimin. in 2. tractatu de ind. & tortur. §. circa quintum, num. 11. Martijus in praxi. §. nunc videndum, n. 2. & in §. expedita, num. 70. & in l. 1. in princ. num. 14. & num. 42. ff. de quaestio. Catella. Cota. in memor. al. in verbo appellatione interposita nihil, Foller. in praxi crim. in verbo, & si consueverunt, in 3. p. 3. part. 1. n. 50. Ant. Gomez. 3. tome variat. cap. de tortur. reorum. n. 23. Brunor. de iudiciis, & tortur. 2. p. quaest. 5. n. 53. versiculo & ab ista pronuntiat. quaest. 9. n. 10. verbo si non erunt purgata, Aron. d. singulari 39. Franc. Marchus decis. 60. incipit quaeritur qualiter sit per veniendum, n. 5. Quod in quantum a DD. ut verum receptum est, ut etiam extendatur, non solum quando iudex pronuntiat reum fore torquendum super principali delicto, sed etiam quando torquetur ad habendam responsio-

neam affirmativam, vel negativam, ut tenet Franc. Marcus in d. dec. 60. n. 5. Caravit. in ritu magna curia, tit. 259. num. 12. Prosper. Farinac. in praxi crimin. 2. tome. q. 28. num. 22. ad fin. qui ibi a n. 11. dicit, quod interposita 101 appellatione a decreto torquere, iudicem debere super sedere in causa, & sententiae executione, etiam anteaquam sit inhibitus, nec inhibito praesentata, & idem 102 ante appellationem, intra tempus tamen ad appellandum, ut ex Lanceloto, & aliis pluribus, ibi dicit, & n. 17. etiam confessionem a reo per iudicem, interim extortam proflus nullam, irritam, & inefficacem esse ad condemnandum, ex Bald. in rubrica, Cod. comminatio Episc. Catella. Cota, Foller. Anton. Gom. & aliis supra.

Prosperus Farinacius ubi supra, d. quaest. 38. num. 19. & faciunt ea, quae inferius circa probationum, vel testium rejectionem dicta sunt, Marque. ff. de commissi. l. p. cap. 12. num. 52. & 15.

Hinc & alia proxima succedit quaestio, (cui varietas 110 Doctorem non minorem attribuit difficultatem) an per iudicem vis fiat, non deferentem appellationi a decreto torquere late ab eo, non palam reo audiente, sed secrete, quod iudex differt in tempus, quo reus incipit se spoliare, ut torqueatur, & quod appellanti tunc emissae non sit deferendum, nec eius vimute executio suspendenda, tenet Julius Clarus in praxi crim. §. fin. quaest. 64. n. 27. & 35. referens Maran. in speculo, 6. p. in actu 13. rubr. de quaestio num. 14. quos referens sequitur Cardin. Tusch. tome 1. conel. 101. num. 11. & hunc casum semel in praxi habuisse, testatur Franc. Personali. in tract. de iudiciis & tortura, num. 1. in fin. Joseph. Cur. de iudicatu, cap. 21. rubr. de tortura, num. 12. quos referens, & sequitur Flamin. Cartar. in praxi interrogat. reorum, l. 4. c. 1. num. 68. 69. & 77. in fin. ubi testatur etiam in statu Ecclesiastico servari.

Sed hac opinio, quia destituta est ratione, & fundam. 111 menti, iure caret, ni fallor, quam (nemine viso) damnavi, eò namque si indubitatum est, à decreto torquere licet appellari, & ab eius comminatione, ex his, quos supra, citavimus, ad eò ut interim suspendamur executio: cur idem effectus negandus est à Doctrinibus praedictis, ei appellationi, quam emittit delinquent, quando intellexit, vel suspicatus est, se torquendum, vel quia sibi videt comminari torturam; nequum quando videt se duci ad locum torquere, & ibidem, vel spoliari, vel ligari, sive per alios actus exteriores, per quos comminatur reus, deducitque se torquendum fore: & cur tunc iudicis manus non erunt ligatae, cum etiam à comminatione appellatio emissa eas ligat, secundum Aug. & Angelum de malefic. verb. quod fama publica num. 100. vers. adversus, tamen Brunus de iudiciis, & tortur. 2. p. c. 5. n. 14. ubi allegat gloss. in c. cum in contemplatione, ex reg. jur. Caravita, supra d. ritu magna curia 259. n. 14. Guido decis. 146. n. 15. vers. 7. ubi dicit, quod sicut per 112 appellationem a decreto de torquendo ligatur manus iudicis, ita etiam per appellationem a comminatione, & ita quotidie apud eum servari, & praedicari testatur & idem etiam tenet Grams, super c. regni. fol. 133. n. 4. in fin. prout illum citat Clarus ubi supra, sequitur Brun. à Sole in conf. er. n. 162. Carill. in summa crim. part. 3. rubr. 31. de appell. §. 2. n. 3. vers. idem fieri potest, fol. 169. col. 2. idem tenet Card. Tusch. conel. 101. n. 11. tome 1. Paz. in praxi, 6. p. tom. 1. in proemio, num. 21. Rebuff. 3. tom. tit. de sententiarum executione, art. 53. gl. 1. fol. 242. num. 2. Guido Papae quaest. Delphi. q. 75. sed circa, ergo cum nulla detur discriminis, vel differentiae ratio inter utramque appellationem, male facient iudices, qui hac inefficaci cautela & nullibi juris approbata, in d. temerario ausu voluerint auferre permittos defensionis, & appellationis huiusmodi effectus delere, & in re tam gravi attentare, & postquam habent opinionem contra praedictos auctores electam habui, ut magis juris rationi, & regulis consonantem perlegi Prosperum Farinac. in praxi crim. 2. tom. q. 38. n. 21. & 22. allegantem Armon. in singulari. 39. & Bajard. in add. & Cla. ubi supra, n. 65. pariter contrariam rejicientes, & hanc nostram sectantes, vide Prosperum ibid.

Rursus à sententia interlocutoria, quae secum trahit 113 executionem, etiam iure civili libet appellari, Federicus de Senis consil. 66. incipit cum secundum, in princ. ubi allegat Anchar. consil. 372. n. 9. & seqq. Tuschum tome primo, lit. A. consil. 350. n. 15. & propterea à sententia executionis per decretum interlocutorium prolata, minimè denegatur appellatio, sine reatu violentiae, quia irreparabilis est per definitivam appellationem; Bernard. Diaz in praxi regul. 39. Petrus Dueñas in 114 regula

regula 52. fall. 2. Rebuff. de concordata Francia, tit. de...
115 Idem dicendum est si gravamen possit reparari, sed magna cum difficultate, aut præjudicio partis, quia tunc de ea idem est judicandum, ac si omnino reparati- onem non haberet, Panormitan. in c. super eo 2. de appell. Salicet. in leg. penult. Cod. quorum appell. non recip. Bart. in l. 1. §. quæsum, per textum ibi: sub n. 6. in fin. ff. de appell. Felin. in cap. accipimus, n. 5. vers. hinc est de fide instrum. Gregor. Lopez, per textum ibi, in l. 3. in glossa ameno: de gran. dano. tit. 23. part. 3. Duënas in d. Reg. 52. l. 10. Rebuff. ubi supra, in d. tit. de execut. sententiarum, n. 11. idem est si potest reparari per diffinitivæ appellationem, sed non ex toto, nec ita perfecte, quin aliquod remaneat præjudicium parti, Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. nu. 117. Bernard. Gravæ, ad præd. Camer. Imperia. l. 1. concl. 129. num. 6. Aloys. Ricc. in praxi Curie Archiepisc. Neapol. decis. 93. quia tunc etiam appellationi deferendum est per Senatam, cum ab ea sententia (licet sit interlocutoria mera) justificata dicitur Appellatio, ex dd. Doctoribus, & Felin. in cap. cum super, sub num. 17. de sententia & re jud. Petro Surdo decisio. Mantuana 36. nu. 14. Felin. in d. cap. accipimus, de fide instrum.
117 Alia etiam conclusio fit, quando interlocutoria fertur super articulo, à quo pendet tota causa principalis tangit factum principale, seu substantiam negotii principalis, quia tunc cum sit omnino præjudicialis, admittitur appellatio, Paul. Castren. in l. 2. n. 1. in fin. de appell. recip. Maranta in specul. 3. p. 6. p. princ. verb. & demum fertur sententia, sub num. 44. vers. tertia concl. fol. 338. Rebuffus in tractat. de sentent. exec. art. 10. gloss. 1. n. 4. tom. 1. fol. 403. Contar. in leg. in limit. 5. n. 7. versiculo limit. 2. Cod. si de moment. possess. Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. nu. 168. Petrus Duënas regula 52. limit. 3. Hieron. Gonzal. in regul. de alter. gl. 9. in annot. §. 1. num. 189. cujus doctrinæ plurima exempla in specie reddidimus in discursu hujus capituli, & specialiter num. 109.
118 Ex eodem fonte fluit sententia, quæ terminus, vel dilatio assignatur, quoniam licet sit interlocutoria, l. à procedente, Cod. de dilatione, ubi communiter notatur c. 1. extra. illo tit. Socinus conf. 99. col. 8. in primum probatur, n. 11. incipit. Serenissimus, vol. 3. Rebuff. in præfatione l. quod iustis, n. 90. & nihilominus, si ex assignatione termini pars aliqua sententia sit gravatam, appellationi deferendum. Ricar. Malumb. in conf. 71. satis videre inter consilia Federici de Senis: vel à nimis magna dilatio concessa à iudice, si per eam impediatur, ne lis finiat, utpotè, quia excedit tempus instantiæ, quia hoc gravamen est irreparabile, sed si non excedat tempus instantiæ, ut ex Bart. & Bald. tenet Guido Papæ in dec. Delpbin. quæst. 336. nu. 68. & supra nu. 67. vel etiam quando ex assignatione termini causativè pars gravetur, ita ut (lapso termino) excludatur, Paulus Castren. conf. 237. viso processu, n. 2. vers. dicitur etiam

primò per totum, lib. 2. Cardin. Tufch. concl. 359. n. 21. & 22. n. 1. Id ipsum dicendum erit, quando iudex in causa summaria semel assignavit terminum, quarum 121 partium altera non probavit intentionem suam, alia sic, vel quomodo petat aliquam secundam dilationem esse concedat abque causæ cognitione, quia cum sit talis concessio nulla, contra jus, probatur in l. fin. de feriis & ibi latè adducunt Doctores, meritò appellatio permittitur, & deferendum esse declarandum est, Bart. confil. 97. lib. 1. & confil. 115. lib. 5. Cardin. Tufchus ubi proximi, n. 43.
Idem etiam declarabit Senatus, quoties coram ipso 122 conqueratur de iudice non deferente appellationi, à denegatione termini ad probandum. Fulgofius consilio 165. Tufch. mox relatus num. 40. & alibi passim, quo fit, ut si tempore vacationis beneficii alicuius, & unus ex filiis patrimonialibus in longinquis partibus abieci sit, vel in loco remoto, & illius procurator, (cujus nomine se opposuit,) peteret (seclusa, & cessante fraude) terminum, & dilationem competentem, ad certiorandum dictum abentem, ut venire, & accedere possit personaliter ad se examini subiciendum, & subeundum, in eventum, quòd ordinarius, vel nolit, vel non possit remittere examinem ad locum, ubi absens tunc deget, alias appellaret, & dictus ordinarius non obstante appellatione denegando tacite vel expresse dilati- onem, procederet ad ulteriora, iusta appellatio hæc judicanda est, ex eo, quòd diximus; aced, ut omnia gesta post eam erunt attentata, & nulla, ut fuit resolutum in una causa Conchen. Capellanæ 16. Octobris coram Fabio Peregrino, quæ est 265. incipit eodem die, n. 12. & 7. & per totam, lib. 3. p. diverforum, & refert Gonzalez in reg. de alternat. gl. 6. n. 223. & gl. 9. §. 1. tit. de nullit. alias similes decisiones Rota- les ad propositum huc referat.
Vim etiam committi verum est, si appellationi emis- 124 sæ per partem aliquam à coarctatione dilationum, & terminorum à iure præscriptorum (prout in diversis causis contingit, vel in patrono datus ad præsentandum, capitulis ad eligendum, consanguineo ad retractandam rem, & generaliter in cæteris omnibus) quia cum tali casu appellatio ad interlocutoria sit legitima, attentata, & nulla essent omnia: quæ post eam ritè interposita facta fuere à iudice: latè per Bertach. in re- pecto. verb. dilatio ex equitate, sub num. 4. post princ. & fuit resolutum in Rota, teste Caputaquense decis. 38. p. 1. & dec. 37. n. 1. per totam 3. idem dicit Hieron. Gonz. proximiori loco relatus n. 192. ubi idem dicit de appellatione à brevi termino dato in citatione, ut à princ. hujus capituli dixi; idem etiam dico appellari posse generaliter ab abbreviatione termini sine causæ ex- 125 pressione, Verat. decis. 32. lib. 1. Tufchus d. concl. 359. tom. 1. n. 30. lit. A.
Circa ea tamen advertendum est, quod si dilatio- nes non fuerint petite, non est quid imputandum iudici, quoniam non petenti dilationem, iudex dare non teneatur text. in l. 1. ibi, postulantem dare convenit, & ibi Bal. de dilat. & probatur in l. 2. c. ut intra certum temp. ubi Bald. & alii. Si verò fuissent petite, & denegate, 127 procedunt, quæ supra diximus; ut tunc possit appellari, aliàs autem parti imputatur, quæ non appellando acquievit, prout concludit Bart. in l. prolatum, c. de sententia, & contra Bald. & gl. ibi, defendit ex rationibus per eum adductis, Vantius de nullitate sent. ex defectu processus, n. 42. qui Bal. & glossa videntur sentire contrarium, & insuper, si dilaciones postquam petite sunt, non den- tur, vel dentur nimis breves, non nullitas remedium contra sententiam latam prodictum est, sed appellationis 128 quoniam dilatio non est de ordine substantiali iudicii, ex c. 1. de dilacionibus, & ex rationibus per dictum Vantium adductis, Marquess. de commiss. 1. part. c. 12. à n. 59. Item licet etiam appellare, si iudex datam dilati- onem 129

tionem revocavit, & valet revocatio, si non appella- tur, secundum Joan. de Imol. in cap. significante, de appella. Innoc. in c. sacro sentent. excommun. gl. in c. ex- comun. de election. lib. 6. Bertachio. in reper. verbo dilati- o. etiam ex equitate. sub n. 40. affirmans hoc omni casu verum esse, & procedere.
131 Insuper tribunalia suprema declarant appellationi deferendum ab injusta refectione probationis, hoc est, non admittendo partes ad probationem suæ intentionis, quoniam postquam per negationem partis, & non appellatam dubia, ut in l. si quis libertatem, Cod. quibus ad libert. proclamare liceat, l. nemo, c. de acquirend. posse. iudex cui nihil consistat, nihil decernere potest, ut probatur in l. 1. ubi gl. c. de secund. tabul. quem textum in propositum adducit Bald. in leg. falsus, col. 7. vers. item dubiatur, in fin. Cod. de furtis, imò si (nullis præcedentibus probationibus) iudex aliquem condemnaret, diceretur in dolo versari, ut voluit Bald. in l. 1. col. 8. c. de his que pæna nom. cum aliis, de quibus per Alex. consilio 131. incip. in casu. colum. penult. versiculo probatur etiam, lib. 2. ideo in quocunque iudicio etiam postessorio, & quantumvis summario, requiritur plena probatio, ut voluit gloss. communiter approbata in l. 1. versiculo filium. Cod. quorum bonorum, prout attestatur Alex. conf. 139. circa fin. lib. 9. quod nec ipse Papa posset facere, nempe condemnare aliquem absque debita probatione, cum esset contra jus naturale, vel gentium & eradicare naturalem iustitiam, ut inquit Alex. conf. 2. colum. 1. vers. & est ratio, lib. 2. quem sequitur decisio Neap. 91. & qui non probat dicitur carere iure, tenet Vantius de nullitate ex defectu process. n. 38. sive sint de ordine substantiali iudicii, sive de substantia, & ordine iustitiæ, ut latè ibi disputat Vantius ad annullationem sententiæ, tamen quod ad nos attinet indubitati juris est, quod quando iudex probationes admittere nolit, sed illis non obstantibus, ad causæ decissionem, & expeditionem procedat, adhuc, hoc casu, sententia potest dici nulla, prout declarat Alexand. post Bald. conf. 105. colum. 2. vers. accedit. lib. 5. putat tamen Vantius ibi numero 39. à tali denegatione admissiois probationum huiusmodi appellari debere 135 alias sententia teneri ipso iure, concludunt Antonius, Calderinus Dominicus, Felin. & alii in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. per textum in leg. argen- tarios, §. cum autem, versiculo si non probaverit, ff. de edend. leg. postumus, §. si quis ex his ff. de iusticio testament. leg. cum puare, ff. familia ercise. ita concludit decisio Neapolit. decis. 47. incipit fuerunt, latè Philipp. Franc. exactè in c. dilecto, questione 55. de appellatio. Capicius decisione 10. columna 9. versiculo secundo quod dictum: & alii plures statim referendos, & probatur etiam ex regula, quam supra, ut veram scriptam reliquimus, quod à iudice negante beneficium iure communi concessum, licita est appellatio, quam ad hoc propositum trahit Bald. conf. 378. num. 2. lib. 3. Tufchus ubi supra, num. 36.
137 Et quævis sententia prolata super admittenda, vel rejicienda iusta probatione, sit interlocutoria, text. in cap. significandis, de operis novi nuntiationi. Card. in clem. fin. questione 2. de appellat. Joannes de Anania consilio 63. viso in addit. ad Bald. idem Bald. in Margarita, verbo sententia, quæst. 20. in l. 2. Cod. de Episcopa. audien. ante fin. leg. ante, n. fin. Cod. quorum appellatio non recipiatur. Marquess. ubi proximi d. 1. part. cap. 12. à n. 59. Tamen ab hac interlocutoria, quia iudex partem excludit à probando, ejuque probationem rejicit, licitam esse appellatiorem; extra citatos Doctores num. 36. firmant Bald. in leg. arbitrio 7. sub num. 4. vers. Tu ergo scies, ff. qui satisfacere cogantur, idem Baldus in Margarita ad Innocentium, in verbo appellatur ab interlocutoria. Ozal- 138 decisio Pedemonta 25. verbo inestato, sub num. 14. versiculo contrarium, Scaccia de appellat. questione 17. Salgado de Protec. Reg.

limi 6. membr. 7. sub num. 43. versiculo & quod ab interlocutoria, Petrus Surdus decis. 36. Stephanus Gratian. in disception. foren. cap. 77. num. 11. & sequentibus, alios citantes, Barboia in remissio. ad Triad. l. 24. de reformat. cap. 20. sub num. 6. & Marquess. de commiss. 1. p. 12. n. 59. ubi optime & 57.
Ex eadem ratione, idem venit dicendum, in nimis 139 brevi termino dato ad probandum, quia ab eo licita est appellatio, testatur Bald. in l. 2. num. 8. vers. sed hic queritur, in fin. c. de Episcopa. audien. dicens: quod in probationibus stat tota virtus causæ, ideoque ille, qui nimis arctatur, potest appellare, quia est gravamen præjudiciale, sequitur Sigism. Scaccia de appell. quæst. 17. lim. 47. principali membr. 1. sub n. 26.
Similiter sententia, quia iudex declarat admittendos 140 esse articulos, vel non admittendos, licet interlocutoria sit, ex gl. & ibi Bald. in leg. post sententiam in vers. interlocutiones Cod. de sentent. & interlocutione, Joan. in leg. si opus, in fin. ff. de novi operis nuntiatione, Rebuff. in leg. quod iustis, in præf. n. 97. ff. de re judic. tamen eadem ratione, quæ supra admittenda est appellatio à refectione eorum, si legitimi sint, & vel etiam ab admisione, 141 si fuerint impertinentes, Bald. in l. post sententiam, num. 4. in fin. Cod. de sentent. & interloc. omnium iud. versiculo pone ergo quod est appellatum, Paul. Castren. in leg. ab executio. 4. num. 2. ff. de appell. Ruginell. tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. num. 85. & 166. & 167. Scaccia tractatu de appellat. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. à n. 137. & 140. Natta conf. 172. num. 2. Hierony. Gonzal. in regula de mensis, gloss. 9. in annotat. num. 90. Geminia. conf. 24. num. 11. & loquendo in refectione articulorum revelantium, Paul. Castren. conf. 335. visa appellatione, lib. 1. vide quæ Card. Tuf. præd. conclusionum tomo 1. litera A. concl. 359. n. 32. & loquendo in appellatione ab injusta admisione articulorum tanquam repellente exceptiones partis, Rota in novis, de testib. decis. 8. Gonz. ubi proximi, & Tufch. n. 52. Rota decis. 41. sub n. 3. app. in novis Philipp. Franc. in cap. interposita, sub num. 4. versiculo 7. de appell. Lancelot. Robert. de attenda. 2. p. cap. 14. limit. 1. num. 42. & 45. in noviori impressione, Corneus conf. 35. volum. 1. Petrus Surdus in decis. Mantuana 36. ex num. 17. & inseritis, num. 267. Barboia in remissio. ad Concilium, §. 24. de reformat. cap. 20. n. 6. ad finem. Stephanus Gratianus in disception. forensis cap. 77. num. 15. optime Malfardus de probatio. 1. tomo, concl. 131. & 132. & conc. 325. num. 4. ubi latè tractat, quando ab admisione, vel refectione articulorum licita sit appellatio, ubi multa notata digna, & facit, quia cum articulus sit actus preparatorius ad probationem, 142 idem de ipso judicandum est, quod de ipsa probatione estque pars ejus participans naturæ totius. Qui quidem præfati Doctores meritò loquuntur, & affirmant procedere, quando articuli sunt omnino impertinentes, quia circa probationes omnino impertinentes non cadit appellatio, Ruginellus tractatu de appell. §. 2. cap. 13. n. 169. fol. 82. & multò magis hoc procedere affirmat in appellatione ab injusta interlocutoria non admittendorum articulorum.
Hinc fit, quòd quemadmodum pars producens tes- 143 tes dat articulos ad examinandum illos, pars autem, contra quam producuntur, dat interrogatorios ad eodem testes interrogandos, quare licet articulorum copia danda sit et contra quem testes producuntur, non tamen illos producenti est danda copia interrogatoriorum; si enim hoc fieret, esset ipsi occasionem dare ad testes subornandos, ad glossam in cap. præsentium, in verbo, interrogatoria, litera N. versiculo & hac interro- gatoria, ubi quod ita est de iure, & ita servatur de consuetudine, & ibi Philippus Francus post num. 6. de testibus in 6. Innocent. in cap. per tuas 2. de testibus, ubi dicit famam esse partem, quæ in conscientia: magis communiter dixerunt Auctores in d. cap. per N 2

114 ubi Deref. Pudol. post num. 5. versiculo de interrogat. vero, Joannes Andr. numero 7. Bald. numero 11. Bella. num. 2. in prima quest. Butr. post numerum 6. Immolan. 3. in fin. Anchar. n. 4. Abb. n. 2. Vestrius in pract. 1.6.c.2. rubr. de testim. & eorum inductione, num. 53. Prac. Corra. rubr. de interrogat. numero 1. & numero 3. Luca Prat. in pract. capitul. lib. 2. c. 5. num. 16. Gail. observatio. n. 95. num. 6. l. 1. Virg. Boccac. in tractatu de literis rem. c. 63. sub num. 35. ubi testatur de stylo nunquam parti producenti testes solere dari copiam interrogatoriorum, five contineat exceptiones contra testes, & eorum dicta, five etiam intentionem dantis interrogatoria. Et ideo si iudex vellet dare hanc interrogatoriorum copiam parti producenti, licet poterit pars dans interrogatoria ab eo appellare; idem tenet Abb. d. cap. per tuas, numero 2. & ibi addentes litera C. in verbo interrogatorium, & Felin. num. 3. quos referens sequitur Prosperus Farinacius in tractatu de testibus, questione 73. sub numero 19. ubi late de hac materia per totam questionem.

145 Quibus finitimum est, quod si iudex in causa civili denegaverit remissoriales ad examinandos testes, poterit pars a tali remissoriale denegatione appellare; secundum veriorum opinionem, ut Prævenien. post Affictum, quem allegat decisione 74. n. 1. ad medium. Severol. de remissio. cap. 18. numero 3. in fin. ubi quod si sine justa causa denegaverit remissoriales illas petenti, succurrit remedio appellacionis, & restitutionis in integrum, & idem dicit in cap. 1. num. 3. in fin. & cap. 22. num. 3. & sequenti, Farin. in tractatu de testibus, quest. 77. num. 4. & Gratianus discepta. forensi. tomo 1. cap. 199. num. 2. E converso autem, a concessione remissoriale, 146 quam pars præterit non esse concedendam, ab isto decreto non dari appellacionem in civilibus, testantur Severol. in tractatu de remissoriale. c. 12. n. 3. Prosper. Farin. ubi proxime, sub d. n. 4. Gratia. d. c. 199. n. 3. qui quidem omnes affirmant in criminalibus admitti appellacionem ab hujusmodi decreto concessa remissoriale, in casu quo pars minime concedendam præterit, Montific. in tractatu de testibus, in verb. examinatio testium an delegabilis in civilibus, columna 3. num. 3. qui omnes affirmant appellacionem non esse recipiendam a decreto concedenda remissoriale in his casibus, quibus potest, vel debet per iudicem concedi, ut secus sit a decreto concedente remissoriales casibus, quibus non possunt remissoriales concedi, ut tunc licita sit, & legitima appellatio.

148 Casus autem, quibus potest iudex, vel non, concedere remissoriales ad examinandos testes extra locum iudicii, copiose, & exactissime legi possunt apud Felinum, & alios in c. cum causam, de testibus, Doctores in l. si quis testium, eodem titulo, Menoch de recuper. poss. rem. 15. q. 26. n. 336. usque ad n. 363. & latius apud eundem Men. in tract. de arbitris, in addit. ad casum. 250. num. 1. usque ad n. 28. bene etiam Gratia. in disceptatio. forensi. c. 199. per totum. Severol. in proprio tractatu de remissio. Virgin. Bocc. de literis remissoriale. late, & optime etiam Farinac. de opposit. contra dicta testim. quest. 77. a num. 1. usque ad numerum 174. apud quos late, quando in civilibus, aut criminalibus dicta sit remissoria concedenda.

Insuper vim fieri asseverandum est, quoties iudex non desert appellacioni interjecta ab admisione, vel 150 reiectione testium: an tales testes admittendi sint, vel non admittendi: nam licet adhuc sit interlocutoria juxta gl. in l. post sententiam, Cod. de sententiis & interlocutionibus, & ibi Bald. & Salicet. idem Bald. in margaria, q. 89. ver. sententia, & idem in l. 1. column. 3. Cod. de ordine iudiciorum, & iterum conf. 332. tria pronuntiantur, in 4. volum. Angel. in leg. arbitrio, columna fin. qui satisdare cogantur, authentica si testes productos, §. si vero dicantur, 151 de testamentis, nihilominus ab ea interlocutoria licita

est appellatio, tanquam a gravamine irreparabili: ita consuluit Corneus consil. 35. circa primum, in princ. vol. 1. Rebuffus in 3. tomo. tit. de sententiis execut. art. 10. gloss. 1. n. 7. & per Bald. in leg. post sententi. 9. in fin. n. 4. versio. pone ergo quod appellat. Cod. de sententiis & interlocutionibus, & per Bernard. Diaz, Duenas, & Menochium tenet Gratianus in disceptatio. forensi. quest. 77. sub n. 13. & cap. 64. sub n. 15. Angel. consilio 46. statuto civitatis, in fin. Ozalcus decisio. Pedemon. 25. numero 14. versiculo contrarium tamen, Aufserius ad Capell. Tholof. decis. fin. versiculo idem si iudex, num. 8. affirmantes omnes, ab injusta reiectione testium admittendum licitam esse appellacionem.

Quod etiam procedit in his casibus in quibus appellatio prohibita est a diffinitiva, quia etiam in his, ab hujusmodi injusta reiectione, vel admisione testium procedit appellatio, tenet Corneus consil. 35. lib. 1. quem refert, & sequitur Petrus Duenas regula 52. fall. 9. idem tenet Bartholomæus Socinus in regula 22. post Bald. l. per hanc, C. de temporibus appellacionum, & per notata in cap. interposita, de appellat. Gravatus in additionibus ad praxim Vestrii, cap. 10. n. 6. l. 3. versiculo rursus, & per Bald. Duenam, & alios tenet Petr. Surd. decis. 37. n. 18. d. c. 77. n. 10. & 11. tom. 1.

Et quemadmodum indistincte, in omnibus casibus loquendo, licita est appellatio ab interlocutoria, quæ iudex admittit testes post lapsum termini probatorii, vel testes inhabiles, quia eius gravamen non potest reparari, ut probant Bartol. in leg. 2. n. 25. ff. de appellat. recipien. Bald. in l. 2. n. 19. Cod. de Episcop. audien. Bellam. in cap. super eo, num. 23. de appellat. Pacianus in tractatu de probat. lib. 1. cap. 58. num. 42. in fin. & sub num. 147. & quod appellatio licita sit a iudice admittente testes, & probationes, late pertractat videndus Mascar. de probatio. 2. tomo, verbo probatio, conclus. 1230. num. 5. & per totam.

Ita in casibus postforis, & aliis in quibus non admittitur appellatio, tamen ab admisione testium inhabilium, vel post terminum probatorium licita reputatur, ut tenet Bald. leg. post sententi. num. 7. & 8. versiculo pone ergo, Cod. de sententiis, & interlocutionibus. Aufserius ad Capellam Tholof. decisio fin. num. 3. Ozalcus decis. 25. mortuo intestato, sub num. 14. versiculo contrarium, Vestrius in praxi, l. 7. cap. 3. num. 8. versiculo & quamvis Cæsar. Contar. in l. unica, l. m. 5. sub num. 13. Cod. si momentanea possessio & post hæc vitus Sigismund. Scaccia tractatu de appellat. quest. 17. l. m. 6. principali memb. 6. num. 41. fol. 383.

Rursus ex eodem fonte fluit, ut Senatibus utique 155 clarabit, omnino deferendum esse appellacioni emissæ ab aliquo ex litigantibus, ex eo quod iudex immerito non admisit exceptiones, & repullas contra testium personas, & etiam si tales repullæ essent generales, maxime si essent inimicitia, cum debuissent admitti, Paulus Castrensis. conf. 325. num. 2. lib. 1. quem referens sequitur Cardin. Tuschus d. tom. 1. l. 1. a, concl. 359. n. 12. ex ratione eadem, quam superiorum casui adaptavi considerato eodem præiudicio.

Similiter, & eodem modo iudicandum est in publicatione attestacionum, quæ licet interlocutoria sit, ex Bald. in l. publicato, quest. 5. Cod. de testam. & authentica sed si quis, C. de testibus, colum. penult. Rebuffus in præfatione ad l. quod iustit. n. 91. ff. de re iudicata, tamen quoniam, ut aliqui; publicatione processus de substantialibus processibus, & sic eius, & testium requiri, adeo ut si iudex eam non fecerit, ad ulterioraque procedat, 157 sententia secundum ipsos non valeret, ut voluit Hoff. in Summa, de sent. §. qualiter, col. 3. verbo duodecimus, & est gl. quæ dicitur singularis in c. fin. in verbo iudicis, de hereticis, lib. 6. quam in proposito singularem vocat Alexandr. in l. divus, col. 1. de re iud. quod examinat latius Vantius in tractatu de nullitate sententiarum ex defectu

158 defectu processus, n. 4. ab hoc tamen nostro proposito nemò deviare audeat, ut a denegata publicatione rectè possit appellari, qua pendente, sententiam prolatam nullam reputari; fecus autem si non appellaverit pars, ex eo, quia processus respectu iudicis, semper dicitur publicatus, & respectu partium publicatio dicitur de ordine iustitiæ non de ordine substantiali iudicii, ut est celebre dictum Innocentii in c. cum l. & A. de re iud. quem DD. ibi communiter sequuntur, & Immolan. in d. l. Divus, idem tenet Abb. in cap. cum dilecti, de fide instr. & Barr. in l. prolatum, C. de sententiis. Bal. in c. 1. col. 3. si de investit. inter dominium, & vassallum, & late per duas columnas ponit Felin. in d. c. cum l. & A. & Angel. in d. l. prolatam, Lanfranc. in element. sepe, super verbo defensionis, num. 15. de verborum signifi. & tenet Guido Papæ quest. Delph. 36. queritur, & quest. 369. quæ sunt in fin. Capicibus decis. 1. col. 9. volum. 2. incipit, quod dicitur. Alex. consil. 120. viso proles, n. 7. lib. 7. Castiada. decis. 6. n. 2. de appellat. optime Anchar. cons. 53. commissio publicationis, ubi dicit, sic practice, & quod non vitiat sententia 160 (testibus non publicatis) nisi a non publicatione fuerit appellatum; nam si denegato, & interlocutio tacita vel expressa sit, appellet pars ab ea, argumento cap. ex parte de appell. l. 1. Cod. si sepe integr. rest. post. ibi, appellare debuitis, si sententia vobis displicebat, & probat Barr. in leg. a procedente, Cod. de dilatio, cui omnino iudex tenetur deferre, alias in Senatu violentiam fecisse merito declarabitur, quod indubitan juris est. Et eodem modo licet admittenda est appellatio a denegatione copiarum processus publicati, ut probatur expresse in leg. 3. tit. 18. lib. 4. recipit ibi, y el juzgador, que sea tenido de otorgar el alçada, &c.) & ibi glossa, Marquess. de commissio. 1. part. cap. 12. num. 56. ubi denegata publicatione testium examinatorum.

162 Et huic illud etiam convenit, ut a receptione testium, & probationum facta post conclusionem in causa; appellacioni emissæ omnino deferendum. Etenim, testibus post publicationem receptis, parte non opponente licet valeat, ita ut non sit ipso iure nulla, & confusus partis, idem operatur tacitus, quod expressus, secundum Hoffensem in cap. fraternitatis, n. 5. de testibus, ratione, & Doctores allegati per Aretinum ibidem. nu. 38. vers. fed queritur juncto nu. 29. Marian. Socin. num. 188. tamen si contra hanc receptionem pars opponat, & si nihilominus testes admittatur, appellaverit, appellatio admittenda est, docet Marian. Socin. d. n. 188. Felin. in eodem cap. fraternitatis, num. 6. Parisius n. 54. usque ad nu. 61. in d. cap. fraternitatis, ubi late comprobatur. Immolan. in element. 2. num. 8. post medium. vers. item intellige Bonifac. num. 9. & nu. 141. versiculo fatetur tamen, Crotus in tractatu de testibus, post n. 263. & sequenti, ubi quod ita tenent communiter Doctores, & quinque fundamentis hanc probat opinionem. Ant. Gabr. tit. de testibus, conclus. 21. num. 74. versiculo contrarium tamen, juncto vers. sed tenendo primum, Alex. Stat. in pract. iudicaria. c. 18. n. 38. vers. scilicet, & quod etiam, Monticellus in repertorio testium, rubr. testes prod. public. attestat. fol. 111. columna 2. versiculo 4. Prosperus Farinacius in tractatu de testibus, quest. 25. num. 182. qui num. 183. nonnullos Doctores recentet affirmantes, nullam esse hujusmodi testium receptionem, ipso iure, etiam parte non opponente.

163 An autem a iuramento in litem, vel ejus delatione, de quo in titulo ff. & Cod. de in litem iuram. (de cuius qualitate, & quid ad idem requiratur, & quando procedat, & deseratur, vide Marantam de ordine iudic. 6. part. §. novus actus, titulo de iuramento, fol. 466. n. 16.) liceat nunquid appellare, in quarto articulo Doctores admodum confuse loquuntur, quare affirmativam favet text. in l. Creditor, §. iustus a iudice, ibi, respondi nihil propter, cui denegandum esset appellandi auxilium.) ff. de appellat. cuius minime Doctores mensalgada de Protect. Reg.

tionem fecere, Bart. obscuram distinctionem attribuit, in leg. in actionibus, num. 26. ff. de in litem iuram. ex quo Jaf. ibi deducit num. 47. quod ab hoc iuramento in litem non licet appellare ante sententiam, post autem eam latam, bene, cuius B. doctrinam sequuntur Salicet, & Moderni, ibi, Innocentius in cap. fin. quod meus causa, & ibi Antonius de But. in ultim. colum. & Joannes de Immolan. in 8. & 9. colum. & hoc est de iure civili ut bene advertit Jaf. ibi, non verò de iure Canonico, quia hoc iure licebat appellare a quocunque gravamine.

Contrarium tamen, ut a delatione iuramenti in litem licet appellare, quia defertur iuramentum a parte parti autoritate legis, quia est interlocutoria lata virtute iuramenti necessari, tenet Ruginellus in tractatu de appell. §. 2. c. 3. n. 522. Gregor. Tholof. in tractatu de appell. lib. 2. cap. 13. n. 3. vers. quando verò, Sigismund. Scaccia tract. de appell. q. 17. limit. 34. n. 7. & 8. Menoch. consil. 217. existimaverim, sub n. 25. lib. 3. Seraph. tract. de privileg. juram. privileg. 102. n. 15. limit. 4. Minsing. centuria. 1. observatio. 39. Lancelot. de attent. 2. part. c. 12. limit. 50. n. 190. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annotat. n. 195. Barboza in remissio. ad Concilium, sess. 24. de reformatione, cap. 20. sub n. 6. qui etiam probant, pariter a sententia diffinitiva lata super iuramento in litem facto, licitam esse appellacionem, in quo dubium non est, quo casu loquitur textus in d. l. creditor. §. iustus a iudice.

Quid autem erit dicendum a delatione iuramenti 165 præteriti a reo, vel ab actore mutuo eorum consensu, scilicet, altero eorum deserente, qui a tali delatione acceptata, aut a sententia super ea lata voluerit appellare, in quo breviter dicendum erit, in neutro casu audiendum esse, l. non erit quantæ, §. dato, ff. de iure iuram. & l. generaliter, l. 2. §. sed iuramentum, & ibi Doctores Cod. de rebus creditis, ibi: Quis enim ferendus est, ad appellacionis veniens auxilium in his, quæ ipse facienda procuravit (& paulo post, in §. sibi autem, ibi: Cum nimis crudele est pari quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quoddam iudex eius petitionem secutus est, superesse productionem.) Maranta in Speculo, parte 6. actu 2. princip. in verb. & quandoque appellatur, limit. 26. n. 332. fol. 507. Ruginellus in tract. de appellat. §. 2. cap. 3. in verbo iuramentum n. 12. & sequentibus. Scaccia de appellat. qu. 17. limit. 34. n. 1. Menochius consil. 217. existimaverim, sub n. 7. & sequentibus, & n. 21. & sequentibus, lib. 3. Seraph. tract. de privileg. juram. privilegio 102. a. n. 1. & in terminis hujus doctrinæ, quando iuramentum est omnino voluntarium, procedunt ea que dicit Ozalcus decisione 61. actor. iuramentum, in principio, & n. 1. & sequentibus, usque ad numerum quintum. Generaliter enim verum est, ut ab eo, quod quis procuravit fieri, non possit appellari, ex d. §. sibi autem, docent Speculator tit. de appellat. §. in questionibus, n. 23. lib. 2. fol. 186. Nicell. tract. de concor. gloss. concor. 6. fol. 63. n. 104. & n. 195. Gregor. Tholof. tract. de appell. lib. 2. cap. 27. n. 1. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 394. in verbo factum, Scaccia eod. tractat. quest. 17. limit. 39. num. 1. fol. 492. & ceteri Doctores modo citati.

Quæ quidem doctrina ex identitate rationis locum 167 habet in relatione iuramenti, & sententia diffinitiva, super ea lata, ut pariter neutro casu admittatur appellatio, quod tunc procedit, quando actor defert iuramentum reo, & reus recusat, & ipso iuramento actori relet, quia a tali delatione, ut dictum est, appellare non potest, teste Maranta in suo Speculo. 6. part. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 26. n. 332. fol. 507. & sequitur Scaccia ubi proxime, d. limit. 44. n. 3. per totum, licet contrarium tenuerit Seraph. ubi supra, limit. 3. num. 14. quem merito ipse reprobat & conducunt quæ Ruginell. in tractatu de appell. §. 2. c. 3. nu. 514. versus finem, Menochius ubi supra, sub n. 19.

168 Hæc tamen conclusio limitanda est, ut non procedat, quando is, cui deferitur iuramentum, allegat rationabiles causas, & exceptiones, quare non teneatur jurare, nec referre, quibus relictis, si nihilominus iudex præcipit jurare, vel referri, poterit appellari ab illo præcepto, & à reiectione exceptionum, l. generaliter, §. sed juramento, versiculo ipse autem, C. de rebus creditis, Menoch. d. tractat. de appellat. §. 9. gloss. 2. sub n. 42. versiculo appellari. Scaccia ubi proxime, sub n. 3. versic. accedat, quod is, & n. 5. ubi pro fundamento adducit, quòd licet quis non possit appellare ab aliquo actu, tamen si alleget exceptiones legitimas, ne deveniatur ad illum actum, potest appellare, de quibus rationibus, & legitimis exceptionibus, ac etiam excusationibus, videre poteris Marantam locis citatis, nonnullas alias limitationes videbis per Scacciam ubi supra.

169 Ab ipsius tamen delationis iuramenti negatione, poterit licite appellari, ut scilicet quando aliqua pars putat sibi centum deberi, quæ petit, & simul adversario iudex d. ferat iuramentum, an hoc sibi debere verum sit, quod iudex deferre negaverit, & recusaverit, iustum gravamen est, aptumque ad appellandum, nam cum hoc iuramentum sit inducendum, & directum ad probationem r. dubia, ut expressè probatur in d. l. generaliter, in primis: Necesse itaque rerum coacti, & probationibus pinguibus subvenientes, ad huiusmodi venimus functionem, &c. (In bona fidei, ubi: Inopia probationum, per iudicem iurando causa cognita res decidi oportet.) Cod. eodem titulo, de rebus creditis, cum aliis, à iudice uaque negante probationem admittere, vel testes, licitum est appellare, ut tenent Antonius, Dominicus, Feil. & alii in cap. Ecclesia sancta Maria, de constitutionibus, per text. in l. argentarios, §. cum autem, versiculo si non probaverit ff. de eadem, l. posthumi, §. si quis ex his, ff. de inofficiso testam. cum aliis decis. Neapolitana. 47. incipit fuerunt lata. Philipp. Franchus exactè in c. dilecto, quæst. 65. de appell. Capicis decis. 1. colum. 9. & ex Vantio, & aliis conclusimus supra, quia alias impeditur examen processus: ut in appellatione à negata tortura dicunt Bald. & Sali. & alii, in l. ante sententia, n. 2. C. quorum appellat. non recip.

170 Aliud autem erit dicendum de iuramento calumnie, quia ab ejus delatione à neutra parte appellari potest, nec ejus appellationi deferendum, ex eis, quæ tradunt Doctores in rubrica, Cod. quorum appellat. non recipi præferim Salicetus ubi, num. 2. ubi etiam, an à diffinitiva appellari possit, dubitatur, de quo alibi videmus, faciunt etiam ea, quæ Maranta concessit in 6. part. 1. actu, ad princ. fol. 423. & Vantio de nullitate sententiarum, titulo ex defectu processus, n. 29. fol. mibi 633.

171 Simul etiam, & obiter notabis, vim nullatenus committi posse per iudicem Ecclesiasticum, si non detulerit appellationi emissæ à mandato de recognoscenda scriptura, an jurans, vel alius de ejus mandato subscripserit eam, quia est sententia interlocutoria merè. Bald. cons. 335. mandatu in scriptis, lib. 4. latè per Avendamum de exequend. 2. mand. 2. part. c. 30. n. 2. videndus Gutierrez quæst. civilis, lib. 1. quæst. 124. nu. 6. pag. 226. idem etiam probat in terminis Borgnin. Calvalca. decisione 27. n. 56. part. 2. ubi alios citat, vide n. 177.

172 At verò si appellatur ab intricatione processus, & à præpostulatione ordinis judicialis, tunc ab hac intricatione, & à præpostulatione appellationi emissæ deferendum Senatui jubebit, cum jure legitima reputetur, tenent Ricardus Malumbra consil. 71. incipit satis videre, supra relatius inter consilia Federici de Senis, quem referens sequitur Cardin. Tufchus, ubi supra, d. tomo 1. litera A, conclus. 359. num. 21. Et hinc est, quòd cum ordinarij juris sit, ut possessorem prius debeat terminari, quam petitorum, juxta text. in l. ordinarij, Cod. de rei vindica. l. incerti, Cod. de interd. l. si de vi, ff. de iudicij, l. fin. C. quorum bonorum, maxime ubi ageretur actio

ne spoli, quæ ut prius cognoscatur, privilegiata est, cap. super spoliatione, de ordine cognosc. & 3. q. 1. & q. 2. per totam, si talis ordo, cum sit de iustitia, si pervertatur, & pars excipiat audiri debet, Marquessa. de commissio. 2. p. c. 12. n. 51. post alios per eum citatos.

Similiter si duæ essent quæstiones, & causa, quarum una esset major, vel alteri præjudicialis, ut dici consuevit de quæstione criminali, & civili, quoniam quæstio criminaliter mota ratione majoritatis, prius quam civilis cognosci, & determinari debet, ut l. fin. Cod. de ordine iudiciorum, aut foret quæstio libertatis, seu natalium, & quæstio hæreditatis, nam illa, quæ alteram perimit, prius terminari debet, cum ex illius decisione altera multoties decidatur, ut in cap. tuam, de ordine cognitionum, c. lator, qui filij sui legitimi, l. unica cum ibi notatis, Cod. quando civilis, aut criminali, præjudic. l. 1. per totum Cod. de ordine cognosc. quod omne ponit, & adducit Bald. in l. 1. n. 2. Cod. qui accusare non poss. Aymon. consil. 79. incipit. quædam in Calabria, col. 3. versiculo 3. rediatur nulla, Ancharanus consil. 62. incipit duplicem, per totum. Idem etiam foret quando aliquis non possessor, 174 coheres, vel Dominus, aut confocius negaretur ab alio, prius enim petitione hæreditatis, rei vindicatione, seu actione pro locio contra possessorem, quam divorio iudicio agere oportet, text. est in l. 1. ff. familia eriscunde. l. fundi quem, ff. de exceptionibus, adducunt communiter gl. & Doctores in l. si mancipium ff. de evictionibus Alexan. cons. 95. visus accuratè, col. penult. versiculo ergo est, lib. 1. Et similiter si creditor vellet agere contra fideiussorem, non excusio principali debitor, 175 quia ordo est, ut prius agat contra principalem, si præiens est, authentica presente, Cod. de fideiussoribus, prout etiam prius mandatores, & fideiussores, executendi sunt priusquam ad tertios possessores pignorum deveniant, authentica sed hodie, Cod. de actionibus, & obligatio. Alexand. consil. 137. in causa, column. 3. in princ. lib. 2. In omnibus igitur casu similibus, de quibus per §. præjudicialer, & ibi latè Ang. & cæteri, Inst. de actio. à præpostulatione, & intricatione appellationi interposita minime deneganda est delatio absque reatu violentiæ, ut tenet Ricardus de Malumb. & Tufchus ubi proxime, & ex his quæ latè tradit Vantio de nullitate seuen. ex defectu processus, à n. 42. cum sequentibus, & supra, & n. 49. de cuius materia, & quando ab intricatione processus licita sit appello, latè diximus infra, hac scimda p. cap. fin. & latius 4. part. c. 13. per totum.

Ab interlocutoria lata super comparitione literarum faciendâ, vel non faciendâ, licitum esse appellationem, quia ex ea resultat, vel non resultat probatio, unde concernit articulum probationis amittendæ, vel negando; referri, & sequitur Ruginel. tract. de appell. cap. 3. n. 185. in fin. fol. 84. Scaccia eodem in act. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. n. 142. & isthæc doctrina fraternizatur cum illam, quam subscripsimus n. 171.

Quando autem orta est discordia, inter duos iudices, ordinarios, vel delegatos, superiorque, vel arbitri electi super illa discordia pronuntiant, quibus eorum si competens, ab hac pronuntiatione partes non possit appellare. Angel. in l. 2. num. 8. versiculo, & an ab hac, ff. si quis in jus vocatus, Paul. Anton. de Bene singulari 13. à sententia, Scaccia de appellat. qu. 17. limit. 6. memb. 7. n. 66. & alii, quos refert, & sequitur Ruginel. tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. num. 188. quia doctrina limitatur illa superposita, n. 38. & sequentibus; aliud tamen in arbitris super reculatione declarantibus, de quo supra, num. 91.

Similiter ab interlocutoria, quâ quis admittitur ad confessionem bonorum in casibus, quibus quis reddiur indignus bonorum cessione (qui plures tant) appellari licet potest, quia pars gravatur, & habet vim diffinitivæ, Ruginel. tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. n. 183. & §. 6. gloss. 7. cap. 244. casu 40. Parisius consil. 80.

in hac causa, & controversia, num. 49. lib. 1. Marquess. de commissio. 1. p. in commissio. dilat. mor. cap. 2. num. 42. fol. 142. in fin. Scac. ubi proxime, n. 197. & sequenti.

180 Non minus deferendum est appellationi interpositæ à merè interlocutoria revocatoria alterius, à qua provocavit gravatus, nam si primus iudex noluit deferre appellationi ab interlocutoria per eum lata emissæ, cum putâ, non sit de his, quæ hucusque diximus, quibus jure deferri debet, & processit in causa, usque ad diffinitivam inclusivè, altera autem pars gravata suam appellationem rejectam & reflatam interim prosequens, obineat alteram revocatoriam, prima interlocutoria, hoc casu redditur ratio nulla, omneque gestum per inferiorem: quòd si diffinitiva sententia est lata in favorem appellati, poterit appellare ab interlocutoria revocatoria lata per superiorem in favorem appellantis, cum ex ea perdat primam sententiam obtentam in causa principali, ita eleganter tenent Ancharan. consil. 372. num. & sequenti. quem referens sequitur Cardin. Tufchus 1. tomo conclus. 356. num. 18. cui si iudex Ecclesiasticus non detulerit, vim maximam committit, & quidquid ipse iudex inferior revocat superiorem interlocutoriam, & quando à revocatione liceat appellari, diximus multa supra, c. 5. & etiam c. 4. in prima parte.

181 Supradictis adjunges præceptum, sive mandatum executorium, virtute sententiæ, vel aliquis instrumenti quarentigati esse sententiam interlocutoriam, habentem tamen vim diffinitivæ, ita tenet Bart. & Bald. in l. ab executione, col. 1. cum sequentibus, Cod. quorum appellat. non recipi, & in l. actori, col. 2. de rebus creditis, Alexand. in l. eorum 3. ff. de verborum obligat. Jacob. in l. 1. in fin. in 2. lectura, de jurisdictione omnium iudicum, Barba in rubrica, ff. de re judica. col. 11. Angel. num. 115. inquiramus, Cardin. consil. 72. in causa in 7. volum. Socin. consil. 63. in causa, col. fin. 4. volum. Guido Papæ consil. 47. circa diffinitionem, consil. 49. pro declaratione, in 3. dubio, circa diffinitionem, consil. 49. pro declaratione, in 3. dubio, consil. 83. non possit Dominus, num. 4. & consil. 11. ex actis, col. penult. consil. 178. n. 4. & consil. 197. si licet, Aretinus consil. 20. in questione, col. 2. & Felin. in cap. quod consultationem, col. 9. n. 3. de re jud. licet Guido in suis questionibus, quæst. 12. præceptum, quæst. 220. locum tenens, & quæst. 74. an iudex, in fin. tenet contrarium, videlicet esse merè interlocutoriam. Ang. consil. 114. quidem petit. Aret. consil. 75. diligenter, col. 2. & alii, sed priorrem partem, & opinionem, ut verior tenet, & sequitur Rebuffus in præfatione, l. quod iussu, num. 56. ff. de re jud. sed ab ista interlocutoria admittitur appellatio quoad utrumque effectum, tradunt Doctores in d. l. ab executione, Cod. quorum appellat. non rec. & nos alibi dicemus, 4. part. c. 1. à n. 9. & post hæc latè examinat Scaccia, de appell. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. à n. 191.

182 Verum tamen est, à decreto executorialium expediendarum sententiæ translata in rem iudicatam, rationabilis appellatio interposita expeditionem suspendit, breviter tamen contradicendo examinanda est, ita observat Rota in noviss. part. 3. lib. 3. decis. 228. num. 5. Cardin. Tufchus in d. 1. tomo, consil. 359. n. 49. & ita practicitur in hoc Regio Senatu, & etiam Vallisolei à Cancellaria, de quo vide infra, 4. p. cap. 1. per totum.

Supradictis addendum est, scientia, quâ quis muldatur, quæ licet sit interlocutoria, ut probat Bald. in l. 2. §. hoc autem iudicium, ff. si quis dicenti non obtemperaverit, juxta clem. appellanti, de appell. & ibi Alex. §. fin. col. 1. tamen habet vim diffinitivæ, quia definit negotium ipsum inobedienciæ, propter quod irrogatur, nec subest aliquod principale, quod expectet post se juxta notata per glossam in clem. fin. de appell. B. in l. Titia ff. de accusatio. & l. cum exceptione, §. hac autem actio, ff. quod metus causa, & per Doctores in rubrica de re jud. latè Antonius de Butrio consil. 6. sententia lata, & Bald. in l. 1. Cod. quando provocare non est necesse. Innoc.

in cap. cum cessante, de appellation. quoniam, ex quo hæc talis mulcta sententia continet aliquid dari, vel fieri, habet vim diffinitivæ, quæ revocari non potest, juxta Doctores allegatos, & est communis conclusio, quam superius retulimus, & tenet Abb. in cap. cum cessante, col. 2. in fin. & ibi etiam Philip. Franc. in 4. colum. vers. sed tamen limita, de appell. Bartol. in d. l. Titia, in fin. c. hæc esse interlocutoriam vim diffinitivæ habentem tenet etiam expressè Maranta de ordine cognosc. sexta part. 2. prima de sententia. n. 32. cum seqq. fol. 515. quem vide; tenet etiam Marcus Ant. Natta consil. 92. per totum, & Maran. ibi, respondet ad difficultatem, videlicet, hanc posse revocari, quia dicit non procedere ex capite interlocutoria, sed ex ipsius natura quia irrogatur secundum divitias, seu paupertatem contumacis, imò nec revocatur, sed remittitur ob paupertatem, ut ex l. illicitas, §. fin. ff. de officio præsidis, ubi regulatur secundum diffinitivam, ut probat Natta ubi. Circa hunc articulum vide multa per Farinicum qu. 101. ampl. à n. 16. ubi latè, quod licet à mulcta in impositione, & ejus excessu appellare.

Appellationi autem interpositæ à sententia lata super desertione, licet sit interlocutoria (ex his quæ allegat Gregorius Lopez in l. 2. titulo 22. part. 3. gloss. 1. deferendum est, post princ. habet tamen vim diffinitivæ, gl. in clem. vel de appell. in verbo repull. & Bologni. in secundis interpretationibus, eam notat Bald. etiam in authentica si quis litigantium, col. ult. & in l. 2. quæst. 14. C. de Episcopali aud. & in l. ante sententia tempus, in fin. Cod. quor. app. non recip. & in Margaria, verbo sententia, q. 53. & consil. 344. super eodem in primo volumine, ubi dicit eam esse interlocutoriam, habere tamen vim diffinitivæ, natura, ratione, & effectu. Feder. in consil. 198. casus, fin. Guido. consil. 38. nedum inferiores, n. 8. & consil. 69. pro declaratione. & consil. 77. & 124. & col. 2. circa, & consil. 154. de anno Domini, & consil. 146. egrégium, col. 2. Oldradus consil. 106. quod litera executoria. Cornes consil. 4. in hac consultatione & consil. 262. pro evidentiâ, litera G, in 4. vol. Barbat. consil. 31. bene, in 3. volum. Aret. consil. 166. Matefi. nota. 39. nota quòd ab interlocutoria, Lanfran. in repetit. cap. quoniam, in vers. interlocutiones, consil. 29. in magna impressione de probation. Nicol. in repetit. in verbo, sententia, quæst. 11. Domini de Rota decis. 86. si à pronuntiatione, & decis. 427. suis dubitatum, in novis. & decis. 125. in antiq. & 455. decis. 191. in antiquis, Regidius de Bellamera decis. 103. Aufrerius in suis decisionibus, q. 363. item, & c. an sententia. Guido Papæ in suis decisionibus, quæst. 11. utrim sententia, & quæst. 220. locum tenens, & singulari 13. sententia super desertione, quo in loco illud asserit, sententiam latam super desertione non esse per interlocutoriam, quia expectat aliam sententiam diffinitivam, post se non esse etiam purè diffinitivam, quia non est lata super negotio principali (cui per eam non imponitur finis) sed super processu, Henr. Boerius in singul. incipit appellat. quæst. 15. Bonifac. Vitalinus in clem. appellanti, nu. 71. de appellat. quia alias super una re duæ possent ferri sententiæ, quod esset absurdum, l. 1. C. quando prov. non est necesse, l. nam & postea, §. si damnatur, ff. de iurejur. Felin. in rubrica, de re jud. col. 3. ubi multa vide, quam doctrinam potest limitare, quando talis sententia pronuntiat super desertione appellationis à diffinitiva, quia tunc diffinitiva esset, ut ex aliis multis notat Rebuff. in d. præfatione, nu. 52. & an, & quando liceat appellare, vide Scacciam de appellat. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. à n. 185. & nos diximus latè infra, l. 3. c. 18.

Idem etiam iudicandum est de sententia interlocutoria (quam sic vocat Gregorius Lopez in l. 2. gloss. 4. titulo 22. part. 3.) quâ declaratur instantiam esse preteritam, quoniam hæc vim diffinitivæ habet ex eadem ratione, quæ in superiori casu, tenet Bald. in l. fin. Cod. si tutor, vel curator, Imola in l. si finitur, §. non autem,

col. 2. ff. de damno infecto. Barb. in rubrica huius tituli, col. 10. Romanus in rubrica ff. de re jud. Bald. conf. 344. super eodem in primo volumine, col. 2. Joannes de Anania conf. 93. viso processu, col. 3. Rebuffus ubi proxime, n. 54. quapropter regula succedit, vim fieri in non deferente tali appellationi ab hac sententia emissa.

Similiter sententiam interlocutoriam super attentatis, nonnulli vim diffinitivam habere contendunt, ut videre est ex decisione Rot. in decisione 13. si iudex, & decisione 85. si a sententia in novis & decis. 215. nota quod sententia, & decis. 474. nota si attentatis, in antiquis, Aggidius Bellamera decisione 103. & sententia, Nicolaus de Millis in repertorio, verb. sententia, quaest. 10. Gardin. conf. 72. Tutius in 6. dubio, num. 24. Felinus in rubrica de re jud. col. 3. & in cap. qualiter n. 1. col. 5. de accusatio. Rebuff. in praefatione, l. quod iustit. ff. de re jud. num. 46. Quod tamen non ita simpliciter, & absolute verum est, sed post huius articuli longam disputationem, varias inter se pugnantis referit Doctores opinioniones Lancelot. de attentat. 3. part. cap. 28. de sententia in causa attentat. ferenda a principio, quas cum variis, & prolixis distinctionibus, licet veris, ad concordiam, & amicitiam redigit, ex cuius resolutione constat, an a tali sententia, & quando liceat appellari, ut & nos suo loco exacte examinabimus.

185 Cui etiam proximum est, sententia interlocutoria ab observatione iudicii, an habeat vim diffinitivam, & talem esse gl. in l. barum, ff. si servitus vindicetur, l. Julianus de conditione indebiti, in princ. magne gloss. & gloss. in auctent. de exhibitendis rebus, collat. 5. in versiculo repetente. Bartol. in l. Titia, col. 1. de accusatio. Bald. in l. 2. quaest. 8. Cod. de Episcopali aud. & l. propterandum, ff. si quidem, col. penult. de iudiciis, autentica qui semel. Cod. quomodo, & quando iudex col. 4. & ult. Bald. in Marg. in verbo sententia, quaest. 19. Matefi. notabili 39. Roman. in rub. ff. de re jud. col. penult. Doctores in examinata, extra de iudiciis, Imola in l. si finita, §. non autem ff. de damno infecto. Barba. in addit. ad Bal. in l. minoribus, ff. de bit, quibus ut in dignis, Felin. in rub. de re jud. col. penult. Petrus de Anchar. confil. 16. viso processu. Comtarius tenet Ang. conf. 106. in praesenti, & c. col. 2. ubi dicit eam mere interlocutoriam esse, & conf. 115. in praesenti consultat. haec Angeli opinio communis est eisdem in conf. 115. primo inquiramus in fin. conf. 190. in fin. Joannes de Anania confil. 93. viso processu, & ibi in addit. ad eum, Guido Papae conf. 77. in causa col. 2. confil. 146. & confil. 69. pro declaratione, col. 2. & confil. 154. de anno Domini, col. 3. Paulus conf. 272. visit. in fine, vol. 1. Alex. in l. 5. col. 2. de verborum obligat. Nicolaus Mill. in repertorio, verbo sententia, §. 17. Guido Papae in decisionibus Delphin. quaest. 16. iudex, & quaest. 220. locum tenens, hanc etiam sequitur Rebuff. in praefatione, l. quod iustit. n. 48. ff. de re jud. Rober. Maran. de ordine iud. 6. p. fol. 515. n. 33. quia non definit negotium principale, quod patet, quia de novo potest iudicium inchoari, gl. 1. in l. & harum, ff. si servitus vindicetur, & Balan. l. propterandum, §. & si quidem, C. de iudiciis, & in l. 2. C. de Episcopali audientia, & pulchre declarat Philipp. Franc. in d. cap. cum cessante, col. fin. de appell. ubi etiam exponit, quando talis absolutoria potest esse diffinitiva; & etiam Rebuff. ubi proxime, & est item de mente Bartol. in l. Titia, ff. de accusat. Abb. in c. examinata de iudiciis, in ult. col. & ibi Joannes Andreae, & Anton. de Butrio. Felinus in equaliter, & quando, vers. 5. fallit ubi iudex, num. 34.

186 His adjungit sententiam, qua quis in expensis damnatur, haec enim est interlocutoria habens vim diffinitivam, Doctores in cap. auaritis, de procuratoribus, cap. fin. de dolo, Innocent. in cap. iaculo de sententia excommunicationis, Bald. in l. 1. versiculo extra a quarto, C. sententiam rescind. non posse, & ibi Salicetus, Praepositus in cap. cum cessante, col. 7. Romanus confil. 358. in praesenti, Guido

Papae confil. 54. de anno Domini, col. 3. versiculo nec obstat, & conf. 69. pro declaratione, & conf. 76. circa Ant. de Trem. in additionibus ad Auberum, in rubrica de imped. execut. in verbo, sine scriptis, fol. 99. Alex. in Lerrore, col. ult. C. de testam. hoc tamen cum distinctione accipias, ut intelligatur, quando separatum a sententia diffinitiva profert haec interlocutoria, expellendum condemnationis, sicut autem erit, si in ipsa diffinitiva earum condemnationis fieret, quia tunc pars esset diffinitiva, gloss. in l. qui agens, ff. de except. in verbo praecipit. Angel. in l. 1. §. 1. ff. de ultimis; Praepositus, & alii, in d. cap. cum cessante col. 6. Roman. in rub. ff. de re jud. idem confil. 358. in praesenti, Guido d. confil. 154. col. 3. Salicetus in l. post sententiam, C. de sententis, & quando fuissent petiti principaliter, Felin. in rub. de re jud. col. 8. ubi dicit esse in hunc casum diffinitivam, Petrus de Anchar. confil. 182. videtur prima facie, ac propterea eius appellationi deferendum est.

Si iudex Ecclesiasticus non dederit appellationi ab interlocutoria, annotationis bonorum interposita vim faciat, ut nempe, quando propter contumaciam delinquentis fieri jubet iudex descriptionem & inventarium bonorum, de qua in l. 2. C. si pendente appellatione mors interveniat, ubi gloss. & Doctores, & l. 1. & l. 2. ff. de requir. reus, nam postquam comparuerit, potest ab hac sententia appellare, & sic intelligo l. 2. ubi n. 2. ad fin. Salicetus, ubi nu. 1. reddit rationem, & fundat, quare haec interlocutoria appellationem mereatur, alias autem, dum est contumax, cum non audiat, ut probatur in textu, & glossa singulari in l. sed & si per pratorum, §. sed & si dum, ff. ex quibus causis maiores, & ibi Angidem tenet plene Jaf. in l. i. iurjurandum, & ad pecunias, §. ait prator, in secundo nota, ff. de iure iur. an. & Bald. ibi. Robertus Maranta de ordine iud. 6. part. 1. membr. tit. de contumacia, n. 15. fol. 39. quo calu, etiam permittitur appellare Jaf. l. 1. §. sed & si cui, ubi omnes ff. de novi oper. nuntia. Rebuff. 3. iomo tit. de appellari. 8. gloss. 12. n. 36. in 37. post Vanium tractat. de nulli. sententiarum ex defectu mandata, tenet Lancelot. Robert. de attent. 3. part. cap. 28. nu. 78. & 79. ergo illa iura intelligenda sunt, post comparitionem ipsius annotati delinquentis, & nota, quod licet sequester sit prohibita in toto titulo Cod. de prohibita sequestr. descriptio tamen semper intelligitur concessa, ut per Bart. & Salicetus in d. l. 1. C. de prohibita sequestratione bonorum, & Bart. & Angel. & Moderni in l. super atores §. fin. de appell. & quod ex practica communi tenet Picus in l. post contrarium, n. 96. cum seq. ff. de donation. Curtius tractatu de sequestr. n. 5. & 16. Jacobus de Raven. de sequestr. n. 20. Auferius ad quaestiones Tholosas, quaest. 477. quam semper posse fieri, ait Corneus conf. 267. in n. 6. vol. 4. Rebuff. in consil. reg. lib. 1. de sequestr. & commiss. art. 1. gloss. 2. n. 9. Pedem. Octavianus Cacher. decis. 68. n. 26. & sequent. Burlatus conf. 43. n. 29. vide etiam quae scribit post alios Lancelot. de attentat. 2. part. c. 5. n. 21. fol. 154.

Item etiam licitum erit, appellare a revocatione 188 praecipit de non edificando, cum sit sententia interlocutoria, habens vim diffinitivam, ut testatur post 189 alios Borgninus Cavalca. decisione 23. num. 2. part. 2. non tamen licita erit appellatio a pronuntiatione de agendo contra nominatum, idem Borgni. Cavalca. decis. 45. n. 74. part. 1.

Praeceptum autem inhibitorium de non solvendo fa- 190 ctum alicui, puta debitori, cum non valeat, nisi pro sua rata, & concurrenti quantitate, quia ultra suam partem crediti eius, in cuius favorem praecceptum inhibitorium relaxatum est, non interest, at testatur post alios Borgninus Cavalca. decis. 31. num. 41. part. 3. Brianxianus in eius repertorio, verbo, praecceptum inhibitorium, ideo si praeccepti vigore exactio totius debiti, & pecunie impediatur, hoc est in eo, quod excedit creditum, (cum praecceptum in executione nullum sit) ab huiusmodi gravamine

gravamine licita erit appellatio, juxta regulam legis 4 §. condemnatum, ff. de re jud.

192 An autem a cumulatione litium, & processuum liceat appellare, vide Villadiego in Polit. cap. 4. n. 19. ad fin. fol. 76. & an, & quando, quibusve casibus actorum, seu processuum fieri debeat accumulatio, vide Parl. lib. 2. rerum quoti. c. 9. per totum. vide etiam late per Marquet. de commiss. 2. p. c. 13. per totum.

193 Quid autem dicendum est in appellatione interposita a sententia interlocutoria, qua pronuntiat posse appellari ab aliqua sententia, vel non quod contingit, quando aliquando prohibetur appellari a jure, vel non licet tertio provocare, &c. videndi sunt Petrus Philipp. Corneus confil. 14. Bartol. & alii post Marantam de ordine iudiciorum sexta partis, 2. part. titul. de sentent. n. 26. fol. 52. col. 4. quae sententia licet sit interlocutoria, habet tamen vim diffinitivam, ita tenet Bald. in l. 2. col. penult. in fin. Cod. de Episcop. audientia. Bart. confil. 220. appellatum. Guido Papae confil. 15. in fin. Calderi. conf. 6. Joannes de Anania confil. 93. vij. & ibi in additionibus, Corneus confil. 14. in hac col. 2. & confil. 262. in 4. volum. Bald. in l. unica, col. 3. C. ne liceat tertio provocare, Auferius in decisionibus Capella Tholosan. quaestio. 48. Joannes Monachus in cap. cupientes, in gloss. magna de electione, in 6. provincialium omnium Ecclesiarum, fol. 27. Card. in clem. fin. de appella. Roma. in rubrica, ff. de re jud. col. 2. c. sua nobis, & ibi Bald. de appellat. Franchus in c. cum cessante, col. 14. Felin. col. 7. ex eodem in rubrica, Rebuffus in rubrica praefatione, l. quod iustit. ff. de re jud. num. 53. & sic an a reiectione appellationis, vel ab admissione eius admittatur appellatio, vide ultra aliquos, & supra dictos Anastium in praxis, §. 31. cap. 18. limit. 4. Ruginell. in tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. n. 74. Bart. in l. 1. in fin. sub n. 3. quorum appell. Philipp. in cap. cum specialis 61. §. porro, num. 8. in fin. de appellat. Capicium decisio. 34. in causa magnifici, n. 5. n. 6. & 7. Angel. de Peru. in l. 1. in fin. C. quorum appellat. non recipiantur. Nattam. conf. 528. iudex Ecclesiasticus, n. 30. Angel. Aretinum in l. eius qui 4. n. 9. §. appell. recipi. Cardin. Alex. cap. 59. ut debitus, num. 11. versiculo, & sic habeatis de appellat. Caetar. Contard. in l. unica, quaest. 1. an causa appellationis, sub n. 30. versiculo possent tamen, Cod. si de momen. pusses. & post haec Sigismund. Scac. tractatu de appell. quaest. 17. limit. 47. membr. 1. n. 106. & 107. & iterum n. 166. qui generaliter, & indistincte dicunt, appellari licere, sive a reiectione appellationis, sive ab eius reiectione. De hoc tamen articulo vide infra, lib. 3. c. 17. ubi copiose de mirabili distinctione, ad quam Doctores isti referendi sunt.

195 Supradictis adde, ut possit appellari, non solum a sententia, quae gravamen inferat, sed etiam a non sententia, quando, eo, quod sententia non profertur, inferatur gravamen, quare potest appellari a tarditate iudicis non procedentis, quia iudex ter humiliter congruo loco, & tempore, requisitus facere, si non facit, dicitur denegare iustitiam, licet non respondeat, & ideo potest appellari a denegata iustitia. Joan. Andr. in cap. 63. dilecto, sub num. 3. ibi, sed quid si iudex semper est in deliberando, de appellat. Abb. in cap. 67. ex parte, el. 2. num. 3. ibi, quid autem si iudex, Dec. sub num. 11. ibi, & idem si iudex tertio, eodem titul. Felin. in cap. 11. pastoralis, sub n. 6. vers. considero tertio, ibi, & ubi Episcopus ter requisitus, de offic. iudic. ordin. & alii plures, quos refert, & sequitur Neviz. conf. 97. quia intelligo, sub num. 15. & 16. versiculo 7. facit, ubi quod puto procedere. Ozalic. decis. 12. appellans, vers. in contrarium, num. 6. Rot. divers. decis. 514. dubitavi de validitate, n. 4. part. 1. quae est superflue duplicata in decisio. 259. part. 2. Gregor. Tholof. tractat. de appell. lib. 2. cap. 28. n. 1. & 2. fol. 265. & Ruginell. tractat. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 73. vers. ad quocunque & ita intelligas Franc. in cap. 8. ex ratione, num. 60. ibi non tamen propter hoc

appell. ubi est prima facie videatur loqui sine determinatione, tamen in effectu tenet posse appellari a gravamine illato in non faciendo, subdend, & tenens, ut dixi, sic etiam intelligas Cardin. Alexand. in eodem cap. 8. ex ratione, n. 23. vers. sed opera pretium, dum adductis contrariis subdit, pro ista ampliatione majores esse auctoritates, & majori etiam nra ratione, praesertim de jure canonico, inquit enim Bald. in cap. unie q. num. 1. vers. nota quod de milit. vassal. qui contum. est qui non loquitur, obmutescit, iustitiam denegare videtur, & ex 198 Bald. refert, & sequitur Franc. in d. cap. ex ratione n. 49. dicens quod si iudex est requisitus, de iustitia, aut de expeditione, & ipse nihil respondet, aut obmutescit, aut nihil facit ad propositum, dicitur tunc iustitiam denegare, de quo nos cap. 17. infra, h. 2. parte.

Et an sufficiat unica monitio, seu requisitio iudicis, 199 vel trina sit necessaria, & diversis vicibus, vel an sufficiat triplex requisitio unico contextu facta, ad hoc ut appareat de tarditate iudicis, & de negatione iustitiae, vide Scacciam de appell. quaest. 17. ampliat. 16. d. num. 46. fol. 280.

Pro majori rei, de qua agimus, perfectione, unum 200 difficile, frequens, & utile disputare libet, quod quidem materiam interlocutoriam illustrare, & clarum reddet, & dato pro constanti, iudicem posse suam interlocutoriam sententiam revocare, sive ab appellatum fuerit, sive non, ex text. in l. quod iustit. ff. de iud. c. cum cessante, de appell. & utrobique classificationis, & repetentes & in cap. si a iudice, de appell. in 6. qui simul regulae limitationes plures ascribit, multas etiam ampliationes, & limitationes potes videre per Lancelot. Roberum ubi supra, in d. lim. 1. n. 12. & sequentibus, de quo nos exacte supra, 1. part. c. 4. per totum.

Quaestio igitur ea est, an a tali revocatione grava- 201 minis, seu revocatione licita sit appellatio, cui ut tali in Senatu vim fieri deferendum, aut non deferendum declaretur & pars negativa, nempe; non licere ab ea appellari, ex eo fulcitur, nam revocatio, & repositio gravaminum dicitur interlocutoria, tenent Doctores in l. quod iustit. ff. de re jud. Dominicus in cap. ut super, col. 2. de appell. in 6. argumen. cap. si a iudice, illo titulo. Barb. in rubrica extra, de re jud. col. 9. Rebuff. in repetitione d. l. quod iustit. in princ. num. 96. qui dicit hoc verum esse, etiam si quodlibet gravamen non sit interlocutoria, 202 cap. eum qui, de dila. l. 6. & reddit rationem gl. magna circa finem in c. non solum, de appellatio. in 6. ubi Doctores, & Doc. Flo. in clem. appellanur, eodem titulo, in fin. Philipp. Franc. in d. cap. cum cessante, de appell. col. antepenult. vers. nono, sententia fertur super revocatione, fol. mibi 73. & ergo a tali repositione appellationem prohibitam esse constat, ex d. l. ante sententia tempus, C. de appell. recip. & d. Concilio Trid.

Rufus, quia cum sit interlocutoria, est de genere 203 prohibitorum; ideo enim de ea iudicandum est quod de ipso genere, cum hoc valeat argumentum, l. si quid eorum, §. interemptum & ibi notat gl. Bartol. & Doctores ff. de legat. 3. & per glossam cuius, Bart. & Angel. Bald. Paul. de Castro, & alios Doctores in l. fin. Cod. de iure restit. late Everat. in loc. legal. in loco ad specie ad genus. Quo casu tali appellationi deferendum non esse, ac vim non fieri per iudicem Ecclesiasticum Senatus declarabit: illa enim regula quae habet, quod in dubio appellationi deferendum sit, intelligenda est, quando sumus in casibus, in quibus regulariter est permissa; secus tamen est in illis, quibus regulariter est prohibita, quia in dubio debet ceteri prohibita, ut in executione, &c. Et quia licet regula prohibitiva, in aliquibus casibus, non procedat, in dubio tamen debet ceteri prohibita, secundum regulam, non autem permissa secundum fallentias, ut post Decium adducit Alciatus confil. 68. gubernatorem, sub numero 8. lib. 6. Lancelot. Robert.

Robert. de attent. 2. part. cap. 12. ampliatione 5. n. 11. 15. & 17.

205 Contrariam tamen sententiam, imò generaliter à qualibet gravaminis repositione appellari posse constat notabilis repositio (ut supra diximus) quamvis sit in interlocutoria, habet tamen vim diffinitivæ, putant non nulli, Rota decisio 86. incipit, item si à pronuntiatione, aliàs si à sententia, in novis, per notata in d. clem. fin. de appellat. quam in genere refert Philipp. Franc. in d. cap. cessante, d. col. amepen. versic. nonò sententia fertur super revocatione de appellationibus, ergo cum succedat regulæ limitatio, vim fieri, & tali repositione appellationi emissa per iudicem Ecclesiasticum deferendum esse, declarare debet tribunal, & à repositione, seu revocatione gravaminis, appellari posse, generaliter præsupponit Lancelotus ubi supra, d. c. 12. lim. 1. n. 14.

206 Quod quidem maxime procedet, quando à gravamine revocato pars, in cuius præiudicium erat, poterat ab eo appellare, quoniam idem jus servandum, & admittendum est, in eius repositione, & revocatione valet enim argumentum de contractu ad eius distractum, & constituto, & statum, seu dispositio loquens de contractu, habet etiam locum in distracto, text. est notabilis in l. item venimus, in princ. juncto §. 1. ff. de petis. heredit. text. in c. de illis primo, in pr. de despons. impube. juncto c. unico, §. idem quoque, eod. tit. in 6. cum utrobique notatis, & tenuit gl. singularis in l. 3. §. contrarium, §. de contr. & utili actione iur. Bal. in rubr. extr. de iur. & idem Bal. in l. pactum in 21. q. C. de collatio. Bart. Bald. Ang. & Salic. Jason. & Doctor. in authent. sacramenta puberum, c. si adversus venditionem, quia contractus, & distractus iudicantur ejusdem nature, ut affirmat Bartol. in l. video, in princ. ff. de condit. furtiva, & inde est, quod eo casu, quo contractus est bonæ fidei, eo etiam casu distractus, seu liberatio ab eo contractu est bonæ fidei, text. est

208 in l. ab empione, & ibi Bartol. Bald. Ang. & communiter Doctores notant, ff. de pactis, bonus text. in l. 1. c. quando licet ab emp. d. ced. & ibi Bald. & Paul. de Castro dicens quòd ubi habitus est bonæ fidei, similiter ejus privatio, fit etiam solemnitas requisita in contractu, regulariter

209 requiritur in distracto, l. nihil tam naturale, ff. de regul. jur. si ut proponit, C. de nuptiis, l. prout quisque, ff. de solut. & hinc etiam quæ sunt necessaria in acquisitione, seu in actu producendo, vel scienciendo sunt etiam necessaria

210 in eo resolvendo, vel destruendo, text. est singularis in l. tria prædia, & ibi notata per gl. Bart. Ang. Paul. & Doctores ff. de serv. rust. & facit l. quemadmodum, ff. de acquir. possess. quæ omnia ex eo procedunt, quòd legitimum est argumentum, de facto ad distractum ex supracitatis.

211 Vides igitur pro utraque parte fortissima fundamenta, quæ merito variare faciunt quæstionis istius resolutionem, qua in re (si mea expectatur opinio) quæ pro utraque dicta sunt, vera esse, sectabor, adhibita distinctione juridica; aut enim eadem, vel alia appellandi ratio, de quibus per d. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. militat in sententia interlocutoria, quæ in ejus revocatione, & tunc ab utraque poterit appellare; quod procedet, quando licet appellari tam à negativa, quam ab affirmativa interlocutoria, super aliquo articulo lata eo quia in utraque eadem, vel aliqua ex limitationibus

212 Concilii concurrunt, puta, quia aut sententia affirmativa continet gravamen irreparabile, vel reparabile cum magna difficultate, aut habet vim diffinitivæ, aut sententia diffinitiva prohibita est appellatio, & similibus, & in sententia negativa, super eodem articulo aliquod etiam horum gravaminum continet. Exemplum sit in sententia tam affirmativa, quam negativa lata super legitimatione personarum, vel super repulsione, vel admissione testium, vel probationis, aut articolorum, ex quibus, & aliis superioribus exempla reliquimus, in quibus quædam in utraque datur causa appellandi, quam ibi reddidimus, tunc si iudex pronuntiat, puta; personam

legitimam, & postmodum hanc interlocutionem repositur, contrario videlicet imperio, altera pars, in cuius damnum revocata est, poterit appellare ab hac repositione, quemadmodum sibi licebat, si à principio negativam sententiam iudex protulisset, quia pariter in utraque viget ratio appellandi, & quod petierit pars negatur, & hujus appellationis justificatio, & legitimitas regulatur à natura interlocutoria reponentis, ita tamen, ut de ea iudicetur, ac si à principio non concessum, sed negatum sit, quod à parte, in cuius damnum revocatio fit, fuisset petitum, & hoc casu procedit ultimum quæstionis nostræ fundamentum, ex argumento, de contractu ad distractum. Enim vero tunc demum talis procedit argumentatio, quoties identitas rationis concurrat in utroque, & si res aliàs diversissimæ sint, l. non possunt cum l. sequenti, ff. de legibus, quod utitur Alexand. 3. in c. 2. de treuga & pace, & ibi Abb. antiquus, Joan. Ant. Ant. de Burio, & Joannes de Imol. & Everat. in locis legalibus, in loco de contractu ad distractum in princ. & in versiculo procedit hanc argumentatio à contractu, &c.

Aut enim causa appellandi concurrat in gravaminis repositione, puta; quia ex tali repositione inferitur parti gravamen præiudiciale, vel irreparabile, non autem in ipso gravamine, vel è contra, & tunc licebit appellari ab ipsa repositione, licet non potuisset alia pars à priori gravamine, quòd accidere potest, quando super eodem articulo interlocutoria affirmativa, & negativa diversimodè se habent, quoad causam appellandi. Exemplo res fiet manifesta, & casus de reculatione, 216

ad cuius sententia negativa appellationi deferre iubetur in Senatu; ab affirmativa verò legitimam esse reculationem dicant, nullatenus; ex diversitate rationis quam supra tradidimus; nam si arbitri pronuntiant causam reculationis non esse legitimam, posteaque eandem interlocutoriam repositurunt quod facere possunt, etiam arbitri, ut tenet Joannes Baptista Genar Bartol. in tractatu de arbit. libro 9. cap. 15. num. 14. & Lancelotus in dist. limit. 1. num. 17.) tunc à tali repositione non licebit appellari, cum etiam non potuisset, si à principio ipsi arbitri declararent affirmativè, nempe reculationi locum fore, & licet etiam à contrario sensu exempli, à repositione licuisset appellari, ut puta, arbitri reculationem legitimam declarant, postmodum id revocent, ab hac namque revocatione, & repositione licebit appellari, quemadmodum, & licebat eidem est in effectu; quam contrarietatem tulissent; quia idem est in effectu; quam contrarietatem & varietatem in eodem articulo diversitas rationis operatur, ut circa distractum, ad contractum considerat Everat. ubi proxime, versiculo ubi autem non concurrat, & tenet Joan. Andr. in additionibus ad Speculatorem, in tit. de instrum. editione, §. porro, versiculo item nota, & per Salicetum in l. sancimus, in princip. C. de donationibus. Et hæc doctrina procedit etiam in his casibus, in quibus non potest iudex reponere actum (quos retulimus supra, c. 5. l. part.) prout est quando sententia habet vim diffinitivæ, vel fit inhibitus iudex, &c. quia tunc legitime, poterit à repositione appellari, ut bene declarat, & intellexit Marquessa. de commissio. 1. p. c. 29. num. 26.

217

218

219

220

in c. consultationibus, de officio delegat. reponit interlocutionem, vel etiam è contra, tunc vim habebit diffinitivæ hac repositio, quia talis effectum operatur, & sic de aliis exemplis.

221 Ex quo venit intelligenda d. decisio Rotæ 86. in novis, supra allegata, quæ nihil probat, sed decidit quando iudex interior, qui appellationem desertam pronuntiauit, possit hanc sententiam reponere, & reculare quia habet vim diffinitivæ ipsa interlocutio, non autem dicit, de ipsa repositione, & ita Philipp. Franc. qui eam allegavit intelligendus est, secundum hanc nostram distinctionem. Marquessa. de commissione 1. p. cap. 12. post Verat.

222 Similiter Lancelot. ubi supra relatus, & alii, qui absolute loquuti fuerint, appellari posse à repositione aliquis gravaminis, intelligendi sunt, secundum distinctionem per nos traditam. Sicque hoc in articulo attendere debet Senatus, quoties ad id per viam violentiæ sit trahatur, super repositione, ut si in ea gravamen sit irreparabile, per diffinitivam appellationem, vel reparabile cum magna difficultate, vel habeat vim diffinitivæ, vel quando à diffinitiva prohibita sit appellatio, quia tunc vim fieri per iudicem non deferentem, ubi autem gravamen non est ita qualificatum, seu declarabit, & iudicium, & æquum est: ad quam etiam distinctionem omnimodo reducenda sunt, & intelligenda ea quæ superioribus diximus 1. p. c. 5. n. 13. & c. 4. n. 1. Verat. dec. 265. p. 1.

223 Unum tamen distimulare non possum valde utile, & necessarium ad ea omnia, quæ dicta sunt hoc capite ut scilicet appellatio ab interlocutoria exivit appellanti à iurisdictione iudicis à quo, c. ad audientiam, c. dilectus de appell. c. tuas de sententia excomm. c. licet eodem tit. in 6. Craveta conf. 103. visis, num. 6. l. 1. nihilominus tamen in causa bene potest procedere absque metu attentati, saltem quousque sit legitime, ac canonice inhibitus text. in c. non solum de appell. in 6. Guido Papæ dec. 437. num. 9. versic. 2. quero Franc. in c. super eo, num. 6. & sequenti. post Antonium de Butrio contra Panormit. ibi de appell. & ex Lanfran. & aliis tradit Joannes de Nevila. in conf. 6. non declinet, n. 15. & Aug. Beronius conf. 106. quatuor, num. 8. & segg. lib. 3. & post Socin. in regula 21. tradit Lancel. Cotad. de pretore, §. 2. de offi. prator. in causa civili, in cap. de app. n. 11. Felin. in c. quoniam frequenter, n. 19. & segg. ut lite non contest. Rota dec. 2. aliàs 59. nota de testibus, in ant. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. limit. 1. à n. 1. & segg.

224

225 Nam ex quo appellatio non juvat appellatam, eò quòd ut non legitima est à lege reprobanda, ex l. ante sententia, in Concil. Trid. & his quæ supra, in princ. diximus non suspendit iudicis iurisdictionem, nec ejus manus ligat, ac ideo rectè dicitur procedere, propterea à procedente eo appellationi vim non fieri declarabitur. Circa hunc articulum, vide etiam quæ nos ex aliis auctoribus dicemus infra, lib. 3. c. 18.

226 Quod tamen non ita indistinctè & absolute à te velim intelligi, ut cuncta ea quæ diximus sursum, destruerè, & confundere videar, sed ut hæc doctrina tantum procedat in meris, & simplicibus interlocutoriis, quibus non quadrat limitationes, & qualitates Concilii Tridentini supra scriptæ, in quibus iudex potest liberè in causa procedere ex supra citatis Doctoribus: at verò appellatio emissa ab his interlocutoriis, quibus aliqua ex qualitatibus requisitis, & limitationibus Concilii, & juris civilis conveniunt, utrumque habet effectum, & devolutivum & suspensivum, tanquam à jure approbata, & ideo in omnibus interlocutoriis, & his casibus, 227 quos hucusque hoc capite retulimus, appellabiles esse & appellationem appetere, nullatenus hæc doctrina locum habet, imò post appellationem suspensa remanet iudicis iurisdictione, & ultra non procedat, cum habeat utrumque effectum, & ita de appellatione ab in-

terlocutoria habente vim diffinitivæ; exprèsse tenet Lancel. ubi supra à num. 51. qui num. 56. interpretatur Guido Papæ in conf. 124. circa materiam, ubi n. 3. firmare videtur attentata, de quibus ibi post appellationem ab interlocutoria, etiam ibi habente vim diffinitivæ non revocari: nam hæc sententiæ interlocutorie habentes vim diffinitivæ regulantur generaliter secundum naturam diffinitivæ, ut tradit post alios Alexand. in conf. 182. in princ. lib. 6. & post Socin. in regula 21. tradit ex recentioribus Lancelot. Contrad. ubi proxime, sub n. 21. vers. 20. quando Andr. Barb. conf. 31. bene cuncta geruntur, n. 3. lib. 3. Natta conf. 92. motuum, n. 2. 228 lib. 1. & qui appellat à sententia interlocutoria, vim diffinitivæ habente, tenetur servare formam capitis cordi. de appellat. in 6. sicut appellans à diffinitiva, Milius in verbo appellans ab interloc. vim diffini. habente, fol. 13. ibi additio elegans Matefla. in notabili 39. incipit nota, quod ab interlocutoria, & statum prohibens appellationem ab interlocutoria, non intelligitur de 229 interlocutoria habente vim diffinitivæ, tenent Bartol. & alii in l. Titia de accusat. Bald. & alii, quos refert Alciatus in conf. 12. Togatus, num. 5. lib. 7. Lancelotus proxime, num. 55.

Item etiam in sententiis merè interlocutoriis contentibus gravamen irreparabile per diffinitivam, quorum appellationi deferendum esse ex Concilio Tridentino, & aliis auctoritatibus, diximus supra, quæ quidem cum utrumque fortiaur effectum, suspendit iudicis à quo iurisdictionem, ita ut omnia post illam à iudice gesta, & attentata ut talia revocantur, absque alia inhibitione, ut tradit Maranta in speculo, quæstion. 2. 3. partis, princ. n. 201. Bald. in l. generaliter, §. sed jam am. colum. 2. vers. sed quid si est talis interlocutoria, C. de rebus creditis, & jurejur. & tradit Petrus Duchius in regula 52. limit. 1. ubi reddidit rationem, quod etiam extenditur, non solum ad gravamen irreparabile, verum etiam ad reparabile, sed illud cum magna difficultate, ut etiam appellatione ab eo pendente, iudex nihil debeat innovare, nec in causa procedere, ut dicit Barb. in l. 1. §. quantum, de appell. & in l. 2. Cod. de appellat. recipien. quem sequitur Felinus in cap. accepimus, num. 5. de fide instrument. ut refert Petrus Duchius in d. regula 52. in 13. limitat. num. 13. & Menoch. de adpiscen. poss. rem. 4. quæst. 100. n. 866. & in tantum hoc etiam 232

233 (spreta appellatione) potest impunè resisti, ut mirifice dicit Angel. in l. additos, Cod. de appellat. & ut talem celebrat Veronenfis cautela. 6. potest adhibere, & Felinus, in cap. querenti, col. penult. post princip. de officio deleg. quos sequitur Cota in memorabilibus verbo appellatione inter. nihil innova. fol. 39. & Lancelot. Rob. de attent. 2. p. c. 13. limit. 1. à n. 92.

234 Igitur in hoc articulo ea eliciatur conclusio, quòd à sententiis merè interlocutoriis appellatio non suspendat iudicis iurisdictionem, quominus in causa procedat; à sententiis autem interlocutoriis habentibus vim diffinitivæ, vel damnum continentibus irreparabile per diffinitivam; vel à quorum diffinitiva non potest appellari appellatio pendens suspendat iudicis iurisdictionem, & ejus manus ligat, ne ultra in causa procedere queat absque reatu attentati ex præcitatis auctoribus.

Similiter animadvertendum est in hoc articulo, quòd quemadmodum diversimodè processus ad tribunalia suprema per viam violentiæ trahitur, diversimodè etiam

etiam foritur effectum decretum Regium in ea expeditum, nam quandoque omnia innovata reponuntur, quandoque autem non omnia, quae tempora distinguenda, & consideranda sunt, nam si ab interlocutoria legitima appellacionis virtute, in Senatu obtineat
 235 gravatus primum decretorum genus, scilicet, *que bene fuerit otorgue, y reponga*, hoc casu certum est hujusmodi decreti virtute, debere iudicem cum effectu repone-
 236 re, *todo lo que ha hecho despues de la appellacion, &c.* quae comprehendunt praedicta tempora, nam qui omne dicit, nihil excludit, l. testatore 58. in princ. ff. de legatis 3. l. post contrarium, ff. de donationibus, Curtius Senior consilio 49. Aymon. consilio 294. Joannes Gutierrez numero 4. & 5. Felinus in capit. de quarta, numero 15. de praescript. Crescent. decisio 1. de privileg. Gomez. in regul. de trienal. quast. 2. versiculo tamen his, Caelar. de Grassis decisio 1. numero 1. 5. & 6. decisio 2. numero 3. & 4.
 237 Rursus quia dictio, *todo de qua in d. decreto*, quod Latine, *omne*, est universalis, cuncta comprehendens, l. omnes populi, & ibi tradunt DD. ff. de just. & jur. l. Galus, 9. in omnib. ff. de lib. & posthumis, & continet in se enixam, & universalem significationem. Abb. in cap. qualiter, & quando, el. 2. num. 8. de accusat. Alexand. consil. 72. visis. n. 2. post princ. lib. 2. Rolan. à Valle consil. 84. num. 22. lib. 1. & alii, quos allegat Hieronym. Gonzal. de alterna. gloss. 6. num. 20. & 21. & illa alia verba ejusdem decreti, *ibi, despues de la apelacion*, comprehendunt omnia attentata, quae ipsam appellacionem subsequuntur, l. ff. cui legatur, in verbo post biennium, & ibi Francisc. Aret. col. 2. ff. de legatis 1. imò etiam (summa cum ratione) comprehendunt ea, quae iudex semel reposuit vigore Regiae provisionis, idemque iterum attentavit in eodemmet articulo, quia cum in continentibus sunt, censetur inesse, & sic non dicitur cum effectu (ut tenebatur reposuisse, imò nihil fecisse videtur, si à se repositum, iterum reposuerit, juxta l. qui sic, ff. de solutio. & ea quae nos latissime congeessimus infra, 2. part. cap. fin. ante finem, versiculo sed contrariam partem, imò quod condemnatus, *hac sententia*, à num. 225. & pluribus sequentibus, ubi multa ad propositum reperies, & magis ad propositum dixi supra, 1. p. cap. 3. §. 1.
 240 Ad ea autem, ad quae circa diversos articulos ejusdem causae iudex post effectivalem repositionem, inter procedendum gravavit, seu etiam attentavit, non extenditur provisio, & decretum, cum loquatur expressè de his tantum, quae attentata fuere à iudice, *ibi, todo lo*
 241 *hecho, &c.* & sic circa jam facta, non verò facienda providet, quia dispositio adjecta verbo, vel participio debet intelligi secundum tempus verbi, vel participii, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de naxalibus, l. ex fallo, §. penult. ff. ad Trebel. Decius consil. 662. num. 13. Gravata consil. 2. num. 3. Cumanus consil. 166. Gutierrez consil. 1. nu. 14. Cavallos praes. commun. opinionum, lib. 6. q. 653. num. 16. quare si lex vel statutum utitur verbo, de praeterito tempore, non extenditur ad futurum, sed ad ea tantum, quae praeterita sunt, & perfecta, ex proprio significato, l. cum lex, ubi B. & alii, ff. de legibus, ut per Jacobum Butrigar. Bart. Paul. Alexand. & alios late dixit Jas. in l. si quis id quod, numero 25. ff. de jurisd. omnium jud. & propterea alia, & nova interpellatione opus est, argumento text. in l. non potest videri, ff. de iudiciis, & sic aliter ad Senatum non trahetur processus, nisi virtute novae appellacionis à noviter attentatis, quia quae postea emergunt, novo indigent auxilio, l. de aiate, §. ex causa, ff. de interrogatoriis actionibus, & nova res novum exigit remedium, l. 2. in princip. de

entre inspicendo, & vide quae late dixi supra, 1. part. cap. 2. §. 1.
 Ut quando pars appellans sive ab interlocutoria, 243 sive à diffinitiva, ad tribunal non accedit pro delatione appellacionis nanciscenda, puta, quia iudex jam ei detulit, sed quia postmodum in causa iudex processit, spreto effectu appellacionis, cupit attentata revocari, & reponi, quo casu licet aliàs videatur minime posse tribunal adiri, quia deficit appellatio cujus virtute pro ejus delatione ad idem recurritur, secundum ea, quae late diximus supra, cap. 2. part. 1. tamen arbitror, virtute ejusdem appellacionis jam delatae, si postmodum attentavit, posse ad tribunal accedere, gravatus quia violentia non solum consistit in denegata appellacionis delatione, secundum legem 36. titulo 5. lib. 2. recopilat. ibi: *Algar las fueras, que los juces Ecclesiasticos, y otras personas hacen en las causas que cognosceren, no otorgando las apelaciones, que dellas legitimamente son interpuestas, & ibi, den nuestras cartas en la forma acostumbrada en nuestro Consejo, para que se otorgue la apelacion, & ibi iterum, y si por el lex constare que la apelacion es ha legitimamente interpuesta, alçando la fuerca, provean que el tal juec lo otorgue, &c.*
 Sed etiam eadem violentia consistit in his quae (spreta appellacione, eaque pendente) iudex attentando exequitur, juxta text. mirabilem in l. lege Julia, la primera, cujus sunt verba: *Lege Julia de vi publica tenetur, qui cum Imperium, potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jussurive quid fieri, aut quid in collum iniecerit, ut torqueatur &c. ff. ad legem Juliam, de vi publica, de quo nos latius in prima parte, cap. 1. & 2. diximus: tenet etiam per eandem legem Reb. in tractatu de sententiarum executione, in praefatione, num. 22. tom. 1. folio mibi. 307. sicque cautela erit, ut oppressus conqueratur in tribunali de iudice non deferente (cum re vera effectivè non detulisse dici potest, qui nihilominus attentavit, saltem quoad hunc effectum tollendae violentiae, & pro ea recurrendi ad supremam praetoria) quod mihi verissimum videtur, de qua difficultate vide quae latissime dixi prima parte, capite sexto, per totum, licet etiam cautum erit ab attentatis noviter appellare, & pro ejus delatione, & repositione adhiberi Senatus, cum utriusque ab attentatis appellatio legitima sit, secundum Lancelot. de attent. 2. parte, cap. 8. num. 7. & 3. part. cap. 1. num. 10. & num. 25. & nos latius suo loco diximus.
 Aliæ autem plures interlocutoriae sunt, quae altiore, 246 & difficiliore expeditione exigunt, ut cognoscatur, an ab eis interposita appellacioni, deferendum sit, vel non, de quibus in discursu totius hujus secundae partis sigillatim apponuntur.
 Et pro complemento hujus materiae, qui Congregatio censuerit circa dispositionem Concilii Tridentini, an & quibus casibus ab interlocutoria sit licita appellacio, unam referam declarationem Congregationis anno 1600. relata per Quarantam in summa Bull. in verb. Archiepiscopi auctoritas. Piafec. in praxi Episcopali p. 2. c. 4. num. 191. Aloy. Ricc. in praxi Ecclesiastica appellacionum, decis. 504. à num. 1. fol. 533. quae declaratio tenoris sequens est.
 Ad tollendas ambiguitates, & controversias jurisdictionales, quae inter appellacionem, & priores instantiae iudices non sine partium dispendio; cursuque justitiae impedimento, & saepe cum scandalo oriuntur, sacra Congregatio cum Episcoporum praescripto, facta prius relatione Sancti D. N. Clement. VIII. ac de Sanctitatis suae mandato viva voce oraculo desuper habito in hunc, qui sequitur modum, ad omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac servari debere, mandavit, & mandat, Metropolitanis, Archiepiscopis, Primates, Patriarchae, Suffraganeos, eorumque subditos non*

non iudicent, nisi in casibus à jure expressis. Item nec alii Superiores, etiam Nuntii vel Legati de latere specificam facultatem majorem non habentes, causas in Curis ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, ad se advocent, nisi per viam legitima appellacionis ad ipsorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum jurisdictionibus, quoad alias causas eximere non possunt.
 Appellaciones nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quae realiter exhibentur, prius confiterit appellacionem à sententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivam, ut à gravamine, quod per diffinitivam sententiam reparari non possit, in casibus à jure non prohibitis per legitimam personam; & intra debita tempora fuisse interpositam, ac profertam.
 Nec dum causae coram inferioribus iudicibus pendentes, ante diffinitivam sententiam, vel habentem vim diffinitivam, de gravamine illato Superiores cognoscere valeant, licet intra praedictum cursus causarum, se id facere contulerint, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.
 Inhibitiones post appellacionem, sicut praemittitur, receptam non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiae, ut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivi habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis, aliis inhibitionibus, & processibus, & inde sequuta quaecumque sunt ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat.
 Si appellare asserat sententiam, aut appellacionis exemplum culpa iudicis, vel actuarii habere non posse, non ideo recipienda erit appellacio, aut aliqua inhibicio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut soluta condigna mercede actorum, exemplum authenticum appellantis intra brevem aliquem competentem terminum tradatur.
 Ab executione decretorum Sacri. Concilii Tridentini, aut visitationis Apostolicae appellaciones à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute ejusdem Sacri. Concilii procedunt uti Sedis Apostolicae delegati in causis, quae sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum & Nuntiorum Apostolicorum Auctoritate.
 In causis verò visitationis ordinariorum, aut correctionis eorum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, nisi de gravamine per diffinitivam irreparabile agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causae cognitione judicialiter procedat, tunc enim appellacioni locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.
 Cum gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit, ut indebita carcerationis, vel torture, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittitur, aut inhibicio, vel provisio aliqua procedatur.
 Causa appellacionis pendente, appellantis in eodem, quo reperitur carcere permanebit, quoad iudex, ad quem appellatum est, visis actis, & causâ cognitâ aliter decreverit, & tunc si à iudicis ad quem decreto vim diffinitivam habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.
 Acta originalia processus primae instantiae ad iudicem appellacionis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicatu incidat, quae judicialiter obijciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, ut in suo Archivo conserventur.
 Censura Ecclesiastica in appellante prolata relaxari, aut nulla declarari per iudicem appellacionis non Salgado de Protect. Reg.

possit, nisi auditis partibus, & causâ cognitâ, tuncque si confiterit eam justam esse, ad iudicem, qui excommunicavit, appellans mittendus est, ut ab ipso, juxta factos Canones beneficium absolucionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem praestiterit, obtineat; si verò injusta esse, clarè appareat, superior absolucionem impendat, si dubitetur, honestius est, ut ad excommunicationem intra brevem aliquem competentem terminum eidem praesigendum, absolvendum remittatur, licet etiam superior hoc casu id ipsum per se praestare jure possit.
 Absolutio ad cautelam, non nisi parte citata, & visis actis cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolata, vel à jure si occurrant dubium facti, vel probable dubium juris, concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & praesura per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatum Ecclesiae tantum: & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cavere de iudicio sibi coram excommunicatore quis tenebitur prius, quam ad cautelam absolvatur.
 A sententiam diffinitiva contra verum contumacem prolata, & appellatio non recipitur, nec inhibicio, aut alia quavis provisio, quando appellans in hujusmodi vera contumacia perliterit, concedatur. Romae in sacra Congregatione die 13. Octobris. 1600. Alex. Card. Florent.
 CAPUT II.
 Appellacioni gravamen praecedenti, aut conditionali, nisi, &c. seu etiam minus legitima, ubi aliàs licitè interponi potuit, aut iudex non deferens, vim faciet, & quo tunc decreti genere uti solet Senatu.
 SUMMARIUM.
 1 & 6. Advocatorum error damnus appellacionem conditionaliter, peto hoc, & quatenus non concedas, appello, & iudicis non expectata determinatione recurrunt ad Senatum per viam violentiam.
 2. Decreti genere quo tunc utatur Senatus.
 3. Appellatio conditionaliter, & à nondum illato gravamine non tenet.
 4. Exceptionem oppono; & si non admisseris, appello, appellatio legitima non est.
 5. Exceptionem anteaquam iudex, vel admittas, vel rejiciat; pars non dicitur gravata.
 6. Potens aliquid fieri, & quatenus non fiat, appellatio statim, non valet appellatio.
 7. Gravamen est causa fundamentalis, & finalis appellacionis.
 8. Gravaminis cessante causa, cessat appellatio.
 9. Appellare non potest non gravatus.
 10. Gravatus iudex tacite procedendo ad alium quod non comparitur cum jure partis, & eo quod petit.
 11. Gravamen praecedere appellacionem, non est converso, & exceptionis tacita, vel expressa expectata determinatio.
 12. Praeposteratio vitia, & annullat alium.
 13. Gravaminis causa expressè est proponenda appellacione ab interlocutoria.
 14. Appellare à gravamine, & pro ejus causa assignare, omnes, quae ex actis possent colligi, non sufficit.
 15. Causa talis debet appellacione proponi, quae si foret probata, reputaretur legitima, aliàs non tenet.
 16. Conditionaliter appellatio emissâ non tenet, quia nulla causa gravaminis potest in ea exprimi.
 17. Conditionaliter emissâ appellatio dicitur à futuro gravamine, quae non admittitur.
 O Cond.